tribulante eam: bis pulſans vero bis: ꝛ ſcdm idem pulſat per-
cuſſiōem: hic vero fit ꝓpter duriciem corporis arterie: reper-
cutiente enim ꝛ rurſus currēte violenter ſpiritu in ſcdam ve-
nit percuſſionem: vt in incude malleus.

¶ Quid differt vermiculoſus a formicante.

Quoniam vermiculoſus quidem plurimū conuertitur ꝛ
venit ad melius ꝛ manifeſtam magis habet inequalita-
tem: formicans vero non contenta iam virtute: ſed diſſoluta
ꝛ deleta fit ꝛ mortem ſignificat. Et hec vobis de pulſu ad pre-
ſens ſufficiant.

¶ Explicit liber pulſuum Philareti.

¶ Sequitur liber de vrinis.

Incipit liber vrina rum Theophili

[D]E vrinarum differentia negocium multi veterum
medicorum aggreſſi ſunt ſcribere. Quorum prim⁹
omniū fuit hypocras chous: cuius libris inſueui-
mus. Poſt huiuſmodi vero tēpora, Galienus mi-
rabilis medicus aggreſſus ē ꝛ ſcripſit. De hinc poſt
hūc magnus medicus ſophiſta. Hij ergo viri laudibus digni
ſunt: qm̄ primi ſtuduerūt aliquid vtile inuenire in vita. Nul-
lus tn̄ horū virorū perfectā ꝛ nō diminutā doctrinā fecit. Nā
hypocrates chous de vrinis exponēs: aliud alibi. in ſuis tra-
tatibus ſparſim tangens genera: ꝛ ſpecies: ꝛ differentias vrina
rum. ꝛ ex eis cognitiones in futuris partium diſpoſitionibus
preter naturā: ꝛ in ſanis corporibus: ꝛ in acutis egritudinib⁹
minus habentē doctrinam relinquit. Et ſilr etiā poſt eum ga
lienus in tractatu ſuo per hyriſeos cōponens ꝛ docens val
de multa ꝛ indeterminata ꝛ obſcura relinquit ſm genera: ꝛ
ſpecies: ꝛ differentias. Cōſequenter his ſuperueniens magnus

Galienus
hyppocrates chous 1. ò prima · 2a · 3a
magnus medicus Sophista

medicus ratione in expertus.vero rez aggreſſus eſt:ꝛ ipſe de his artem ſcd̃m diuiſionem incipiens:ꝛ differentias earum ꝛ ſpecies conſcribere:ꝛ pronoſtica ſigna que ex eis fiunt:aut futura ſunt fieri multa pretermittens.Imperfectam ꝛ ipſe diſciplinam tradidit: vt multa querantur ab his qui poſtea facti ſunt medici:ꝛ nullo modo ſolutioné valentes inuenire: querere coguntur aliam doctrinam ꝛ non vane:qꝛ ex his que didicerunt diſcernũt obſeruare ꝛ aſtumare vł cóijcere ex ipſis manifeſtis obſcuras res ꝛ intellectus.Nam vrinarũ apta inſpectio manifeſta facta nó apparentes ꝛ patiẽtes loco cognoſcit:ꝛ quó diſpoſiti ſunt: ꝛ ſm qualem craſin eorum ſinguloꝫ: aut ſm nãm diſpoſiti ſint:aut preter nãm conſtituti ſint: aut diſpoſiti extra naturam.Eius enim que ſanguinis operatur vtutis quomodolibet ſcd̃m opus ꝓpriũ impedite nũcius nó fallat vrinarum diligens inſpectio nata eſt eſſe.Igiť optimuꝫ nobis eſt de vrinis volẽtibus tractare inuocare xp̃m dñm noſtrum verũ adiutoreꝫ:ꝛ ducé fieri in huiuſmodi doctrina:vt mereamur nó diminuta:ꝛ inde fraudatã hanc perficere.Opꝫ igiť nos diffinire qd eſt ipſa vrina:deinde manifeſtare locum in quo naſciť.De hinc locũ in quo diſcernitur:ꝛ deinde ſic incipere doctrinã ſm genera ꝛ ſpecies ꝛ differẽtias earum.

¶Diffinitio vrine.

VRina eſt colamentum ſanguinis ꝛ aliorũ humorũ:hãc aũt alij ſupfluitaté ſero ſimilé vocauerũt:alij aquoſaꝫ. alij putredinẽ ſanguinis:de noíbus ergo nulla fit contentio. Naſcitur igitur vrina in ramoſa vena circa ſimam epatis expanſa:in qua ſanguiné vtus faciens opus ſuum pficit.Eſt aũt generatio eius talis ſanguine formato ꝛ pturbatione facta in eo.Quodcunꝫ qdem leue eſt ſuperiora petens qó ex colera rubea ſuperfluitas natum eſt eſſe accipit illud ſuſceptrix ciſti fellis per ſuum meatuꝫ poſita ꝓpe epar.Terrenum aũt velut fecẽ ſanguinis trahit ſplen per ſuũ meatũ:reliquiť ergo aquoſa ſupfluitas cum ſanguine:hanc accipientes renes per mediã Kilim.i.profundam venam ꝛ formant illud in vrine conſtitutionem.Dicit autem aliquis ꝛ merito:vt qd fellis receptaculo:ꝛ ſplene ex ſimis epatis recipientibus ſanguinis ſupflutates nóne ꝛ lombi prope poſiti acceperunt aquoſi ſupfluitatem:ꝛ dicimus ꝓpter magnam neceſſitaté.hoc natura retinuit.Nam ramoſa vena que ſanguinem operať in ſima epatis poſita confert per ramos ſuos chili vene iuxta curuaturas

ſpatiis explicate per quoſdam meatus anguſtos ⁊ rotundos. Sanguine ergo ſm cõſtitutionẽ pingui exiſtente: ⁊ nõ valente anguſtas ſine impedimẽto vias pertranſire: opus fuit adeſſe cum ea aquoſam ſuperfluitatem: vt ſubtilitate aquoſe ſupfluitatis facile cum ea tranſiret ſanguis ad chilim venam: quoniam dum impellit aquoſa ſuperfluitas ad ramanum chilis vene que adiacet ſpine dorſi a ſurſum vſqꝫ deorſum: ⁊ per ipſum ⁊ per meatus lomborum: ⁊ dexter ⁊ ſiniſter ſm laudam litterã grecorũ poſiti in impoſitione ſua trahũt per ipſos meatus a chili vena lombi huius ſupfluitateꝫ. Deinde ſic formantes illam: ⁊ in vrine eſſentiã tranſmutantes per vrinales meatus tranſmittunt ad vrine ſuſceptricẽ citim. Et ſiquidem ſincerus ⁊ purus ſanguis ⁊ pfectus fuerit manifeſtũ eſt quoniaꝫ ⁊ eius ſupfluitas talis erit. Si vero ſcd̄m aliquem caſum ſanguinis operans vͥtus impedita fuerit opus ſuũ perficere huiuſmodi fit aquoſa ſupfluitas quam ⁊ vrinaꝫ vocamus. Propter hoc ergo aliquando quidem ſubtiles vrine ⁊ albe apparent. Aliquando autem pingues ⁊ albe crudiore ſanguine facto: ⁊ imperfecta ſanguinem operante digeſtione facta ⁊ veluti crudiore. Alia autem ſuperincenſo ⁊ velut feruente ſanguine talis ⁊ eius ſupfluitas fiat. Itaqꝫ ꝓpter huiuſmodi cauſas ⁊ vrine ſm ſpecies immutant.

De notificatione naturalis vrine.

Dicamus igit de ea que eſt ſm nãm. Vrina que eſt ex pfecta creatione ſanguinis facta qualem oporteat eſſe ⁊ diffiniamus bonam vrinã que ⁊ ſcd̄m nãm exiſtens nominat/ vt excedentẽ. Hanc autem minus habentem non ſcd̄m nãm: ſed preter nãm reputemus: eſt ergo eius diffinitio talis. Que eſt ſcd̄m nãm vrina bona Et ſicut dicit hypocrates. albam ⁊ planam ⁊ equalem hypoſtaſim habens. Manifeſtum qdem eſt quoniam conſequente ſubſtantia moderata ⁊ colore oportuno: q fit diffinitio diffiniens perfecta.

De ſubſtantia vrine.

Sba vrine

Vrina eſt bona ſubſtantia quidem moderata: hypoſtaſi vero alba ⁊ plana ⁊ equali colore vero ruffa: aut ſubruffa: ⁊ ruboris paululum participans ꝓpter limpitudinem ⁊ tempus ſimiliter conſequens. Galienus quidem ſubruffam ⁊ ſubrubeam bonam eſſe dicit: magnus vero ruffam: ⁊ ſubruffaꝫ. Nos autem ex contemperantia vtrorumqꝫ fecimus. Quecunqꝫ autem ſecundum aliquod iſtorũ quattuor: aut ha

Sub rufa
rubea

bundat: aut minus habet hanc ſm naturam dicimus nō eſſe. De coloribus ergo ⁊ hypoſtaſibus non preſentis eſt dicere tēporis: procedens enim ſermo docebit. Secundum vero preſens tempus dicamus de effuſione: quoniam omnis vrina ſꝫ ſubſtantiam ipſa effuſio eſt. ſubſtantia enim vrine humiditas eſt: hanc humiditatem multi ſapientum medicorum effuſionem vocauerunt: quoniam quid in membris effuſum eſt in ea inſpicitur vel percipitur. Huiuſmodi autem effuſionis differentie prime due ſunt: ſubtilitas: ⁊ pinguedo. ⁊ ex his mixtis eſt contemperantia: ipſa autem contemperantia que ſm naturam eſt nō diuidit. Subtilis igitur aut mingitur tenuis ⁊ manet tenuis: aut mingitur tenuis: ⁊ fit lutulenta ⁊ pinguis: ⁊ eſt prior quidem indigeſta/vltima/lutulenta vero facta ⁊ in pinguedinem transmutata digeſtionis principium ſignificat accipere. Similiter autem ⁊ pinguis diuidit dupliciter: aut mingitur pinguis ⁊ manet talis: aut mingitur quidē: pinguis: reſidens vero fit tenuis. ⁊ monſtrat quidē prior perturbationē ī corpore factā validā humorum: ſecundario turbationē qdeꝫ determinari: ſanguinis vero operationis digeſtionē reſurgere: iungamus igiť colori ſubſtantiā ⁊ determinemus ea que ex ipſis fiūt cōplexionis ſigna ⁊ in ſanis hominibus: ⁊ quomodolibet egrotantibus. Et quoniā albus color precedit alios colores: ⁊ tenuis effuſio precedit alios in effuſiōe qualitates: cōponamus prius tenuē ⁊ albam ſubſtantiam.

¶ De tenui ⁊ alba vrina vel de vrina cum tenui ſubſtantia ⁊ albo colore.

Tenuis ergo ⁊ alba ſubſtantia vrine multa ſignificat. Vrina ergo veniens multum tenuis ⁊ alba in ſanis hominibus. multam potationem ſignificat cum largo cibo ⁊ maxime ſi eſt vinum exile ⁊ leue. Vrina vero talis in pueris malā vrine aquoſe in pueris peſſime ſunt. Vrina talis veniens ſignificat debilitatem virtutis: vt in ſenectute que ē ſm naturā ſignificat ⁊ debilitatem ex diuturna egritudine q̄ appellata eſt a ſapiētibus medicorūꝫ ex egritudine ſenectus. Vrina tenuis ⁊ alba ⁊ multā micta ⁊ ſimilis dyabetē ſignificat quā ſapiētes medicorū ſamidā vocauerunt: ⁊ quidā ſapientum maximus ī vrinis dyariā vocauit Alij aūt dipſatiō nō ſm nām habēte ſe homine ſed ṗter nām diſpoſito apparet ſm calidā diſtemperātiam lumborū. Infinita ergo atractione lūborum preter naturam diſpoſitorū talis vrina vēit. Vrina tenuis ⁊ alba mul

tū micta in febribus amphimerinis deficientē febrem ſigni-
ficat per huiuſmodi humorē: ⁊ in ea q̄ ſm naturā frigiditatis
diſtemperantia epatis tenues ⁊ albe mingunt vrine: ⁊ propter
emphratum veniunt ſimilef vt in nefreticis: ⁊ vt in quartanis
in principijs. Vrina tenuis ⁊ alba in hydropicis: venit ꝑpter
abundātem cauſam. Vrina tenuis ⁊ alba in leſis collū ⁊ caput
⁊ humeros grauatis: ſtotoſim ⁊ lipothomiam ſignificat. Si-
gnificare autē in futuro tpe hyppocratis ⁊ in pterito ſicut dicit
vtif. Sudor multus et ſomno ſine manifeſta cā factus ſignifi-
cat qm̄ corpus plurimo cibo vtif. Vrina multa in febrib⁹ acu-
tis tenuis ⁊ alba veniēs qetē ſignificat. Vrina tenuis ⁊ alba ve
niens in fine carū que valde accuūt febriū diſceſſuꝫ fore ſigni
ficat: in eas que ſunt ſub frenib⁹ partes Vrina ſilr veniens in
cauſon febre ſignificat freneſim. Nā cauſon febris a multitudi
ne rubei fellis facta vrina nō colorata ſuperius lata fellea ſup
fluitate exiſtente excelſum locū capitis occupauit: ⁊ ſi quidem
in anteriore cerebri loco flegmonem faciens in his que in eo
ſunt miringis freneſim facit. ⁊ ſi qdē ꝑpter aliquā cauſam: vt
in fluxu ſanguinis ꝑ nares: aut ꝑpter ſudorē multum in capi
te factum vrina ſubtili ⁊ alba veniente quietem ſignificat. Si
enim talis exiſtens vrina adeſt ⁊ freneſis permanet: ita diſpo-
ſitus moritur. Tempus igitur eſt enarrare de colorum diffe-
rentia ⁊ dicere quot ſunt ⁊ quales ⁊ cum quali effuſione poſ-
ſunt cōpleri: aut omnes: aut quidam.

¶ De coloribus vrinarū ſignificantibus indigeſtionem.

Eſt igif de coloribus primis albus ⁊ huius latitudo ī eo
contenta eſt. Chriſtallus enim ⁊ nix ⁊ calx ⁊ aqua puriſ-
ſima quidē alba ſunt ſed nō in ſūmo omnia: perfectior autē
huius coloris lacteus qualis eſt ex ipſa denominatione dein-
de remiſſior hec glaucus vt cornu lucidū aut ictidones. i. cor
nee tunice oculorū. deinde hoc glauco adhuc remiſſior karo-
pos qualia camelorū vellera ſubalbida aut ut lapis onichin⁹
hi ergo colores albi ſm qualitatē ⁊ ſecūdum magis ⁊ minus
ſunt. Si vero infectionē aliquā recipiat fellis alba vrina: ſm
primā quidē rōnem ſub pallida fit vt decoctio ſemi crude car
nis. Si vero pmaneat tpe aliquo decoctio infectionē maiorē
faciens perficit colorem pallidū ſignificans abundātius fel
priore aquoſam vrinam ſuſcepiſſe. Poſt hunc aūt ponif ſub-
ruffus ſimilis auro a celtica venienti. Deinde vō ruffus vt ē
ſm veritatē curiſon aurum. deinde ſubruffus remiſſior parū

deinde rubeus qui aſſimilaſ vero croco. deinde hyperiteron factum ab ipſo aquoſo ſanguine vt ex albo colore ſplendore adueniente quem tinctores flauium nominant qui vero ſm galienum finicon dicit id eſt ſimilis datillorum colori maturorum. Supponere enim vel pponere ſuppoſitionem in coloribus omnibus non oēs conſueuerunt ſimiliter arbitrari. Alij tm̄ pponunt. alij ſupponunt. Eridon vero ſicut ipſe ſanguis purus ⁊ ſine dolo. Nam intenſior hoc ⁊ remiſſior non eſt ſanus ſed notus. Jnopos autem vt vinum nigrum: aut pfundior vt purpureus ſanguis: ſicut eſt color epatis. Kyanoſ vt putrefactus ſanguis ex felle rubeo: ⁊ ſupaduſſus ⁊ in colore vt garus ⁊ itericorum vrine. Regula autem Kyani talis eſt colori ſm gallienum albo ſplendidum adueniens ⁊ in nigrum plurimum incidens Kianō facit. Fuſcus vero ex albo ⁊ nigro coniunctis inuicem fit ſicut roiſgadia. Cloro vero ideſt color viridis vt caulis virens ⁊ vt gramen: latitudo autē in eo cōſideraſ. Nam violaceus ⁊ ſmaradin⁹: ⁊ byſothodis oīa ſunt clora id eſt viridia ſecūdum magis ⁊ minus. Hec oīa a calore plurimo facta ſunt. Pelithinon vero pfundius eſt fuſco vt plumbum: ⁊ qui ſunt ex accidentibus plagis corpori: ⁊ qui ex caſſationibus nigrantes colores: hic autem aut a frigore fit: aut a plaga. Poſt hunc autem magis iudicanſ aliquando quidem frigiditatem: aliquando calorem: ſi vero ex viridi precedētem calorem. Si vero ex liuido frigiditatem. Eſt autem nigredo ſup illa genera oīum colorum: ⁊ nigredo latitudinem multam habens ſecundum magis ⁊ minus: multa enī nigra alijs intenſiora diſſimilia ſunt. Et de coloribus quidem ſufficiens doctrina eſt collecta a diſciplinis antiquorū philoſophorum ⁊ medicorum. Horum vero colorum qui poſſunt coniūgi cū pingui effuſione ⁊ tenui: ⁊ que ex his ſignata ſiue in sanis corporibus ſiue in egrotātibus pcedēs ſermo docebit. Quoniam autem de coloribus docentes pdicimus ab albo mundiſſimo diſtantiā ⁊ lacteum: ⁊ glaucum: ⁊ Karopos non vt aliquem colorum inconiugatum ptermittamus cum tenui effuſione coniungamus ⁊ ea quid ſignificāt exponamus.

Tenuis lactea ⁊ alba vrina.

In pncipijs febrium huiuſmodi veniens mala qm̄ cronicitatē febriū ſeu egritudinis ſignificat. Jn declinationibus vero ſi multa: ſolutionem ſignificat.

Tenuis glauca ⁊ caropos vrina.

QUoniã igif tenuis ſubſtátia:⁊ alba indigeſta eſt:manifeſtũ eſt ex his qui ante nos fuerũt ſapientibus: colores aũt hij conuenientes ei qui ꝓximi ſunt albo ⁊ ipſi indigeſtionem ſignificant:nõ enĩ colorati ſunt aliqua imbecillitate naturalis coloris:igif tenuis cũ his coloribus ꝯſiſtens: indigeſtionẽ ſignificat.

¶ Tenuis pallida ⁊ ſubpallida vrina.

PRincipiũ digeſtiõis huiuſmodi vrine ſignificát. Nã ſubſtátiã q̃ſi difficiliorẽ nãlis calor nõ potuit dep̃ſare. Colorẽ vero quaſi faciliorẽ in ꝑncipio digeſtionis mutauit.

Tenuis ſubruffa ⁊ ruffa vrina.

HEc melior a priori:ſignificat enim huiuſmodi vrina naturalem calorẽ ꝯualuiſſe eo quod plurimũ colorem vrine ꝯceſſit:qm̃ nõ potuit mãm dempſare vocamus ⁊ hanc indigeſtã:⁊ vrina talis veniens in hydropicis ꝑiculoſa eſt quemadmodum.aquoſa vtilis.

¶ Tenuis hypoxanthos ⁊ xanthos.i.ſubrubea ⁊ rubea.

EſTo tenuis q̃dem vt ponebatur ſed hypoxáthos aut xáthos:hec tales ſm̃ ſubſtátiam q̃dem indigeſte:ſm̃ colores non ſolum extra nãm extiterũt ſed ⁊ materie indigeſtiã demonſtrant:abſtinente enim aliquo adoleſcente ſm̃ naturaꝫ ⁊ ſm̃ etatem propter indigentiam materie vrine apparẽt hypoxáthe aut xanthe:eo ꝙ abundet in profundo color q̃dem preter naturam abundantiam fellis generans quon am multo calore in fel mutatur ſanguis ⁊ maxime prolongatur cauſa in tempore eſtiuo in quo ⁊ tertiane plurimũ ſuperueniũt. ⁊ enim eorum vrine xanthe ſunt propter has cauſas ⁊ vigilie ⁊ ſollicitudo ⁊ labor rubeas oſtendunt. Et de complexionibus tenuis ſubſtantie cum quibus coloribus poſſit componi ſufficiant que dicta ſunt:reliquum eſt vt in deſcriptione:propter manifeſtationem exponamus eas ſic. Tenuis enim alba. Tenuis lactea. Tenuis glauca. Tenuis Karopos. Tenuis hypoxanthos. Tenuis xanthos. Tenuis pallida. Tenuis ſubpallida Tenuis ruffa. Tenuis ſubruffa.

¶ De coloribus vrine cum groſſa ſubſtantia.

QUoniam aũt oẽs complexiones tenuis ſubſtantie cum q̃bus poſſunt coniungi coloribus ſufficienter fecimus: ⁊ q̃d ſignificent diximꝰ:⁊ deſcriptione eas expoſuimus:tranſeamus ad cõplexiones pinguis ſubſtantie ⁊ dicamus cũ quibus coloribus poſſunt coniungi.

¶ De pingui alba.

Talis complexio conſtat ⁊ monſtrat crudū humorem plurimum abundare in vaſis ⁊ diuerſas differētias flegmatis: vt eſt vitreum flegma:⁊ ſalſum:⁊ ſine equalitate: huius vrina pinguis multa ⁊ alba veniens in egritudinibus acutis liberat apoſtemata in articulis nata: his qui dolebāt eos: ⁊ his qui quodāmodo in egritudine laborioſa erant: ⁊ his qui diu fuerant in multitudine pinguium humoꝝ.

¶ De vrina pingui ⁊ lactea.

Et huiuſmodi conſtat:⁊ ſi in fine talis venit lithiaſim veſice aut renum ſignificat.

¶ De pingui karopos ⁊ glauca vrina.

Hec complexio conſtat ⁊ ſi inturbata manet demonſtrat tales humores multos in corpore eſſe. Si vero turbate huiuſmodi vrine fuerint quales ſubiugalium:demonſtrat capitis dolorem:aut preſentem aut futurū. Quō aūt apparent: ſi turbate iā ſunt ⁊ clare reſidētes manifeſtātur exteriori igne probate. Calefacte enim ampullas in ſuperficie demonſtrabunt. Aliter autem pinguis exiſtens eadem ſubſtātia ſi accidit febribus trūbos eſſe:hanc ſequens multitudo vrine tenuis ſolutionem febris ſignificat.

¶ De pingui ſubrubea vrina.

Talis conſtat:⁊ ſi eſt hypoſtaſis huiuſmodi diuturniorem egritudinē declarat ⁊ laudabilē vel ſanabilem.

¶ De pingui rubea vrina.

Talis conſtat ⁊ declarat multū humorem ſanguineū eſſe in corpore:quemadmodū in ſinochis:⁊ in acutis febribus talis paulatim micta periculū ſignificat. Similiter autē huiuſmodi vrina. In talibꝰ febribus ſi turbulenta micta eſt cū ſurditate ⁊ capitis ⁊ colli ⁊ hypocūdriarum dolore ictericū fore ante ſeptem dies ſignificat.

¶ De pingui inopos vrina.

Et huiuſmodi conſtat:⁊ ſi euenerit in febre cauſon capite dolente ⁊ circūdolente fit criſis ⁊ fert criſim.

¶ De vrina pingui kianos.

Talis conſtat ⁊ in ſanis ſuperueniens ſignificat laborem vie:aut curſum multum ſignificat factum eſſe: ſenioribus vō ſuperueniens quibus ex multo tempore tales fiunt a malis humoribus immutari veſicā vt in pluribus ſignificat In fine vero ſi tales facte lithiaſin conſtituuntur: ſtranguriam ſignificat futuram.

¶ De vrina pingui viridi.

Talis conſtat

TAlis conſtat:⁊ in fine febris huiuſmodi veniens icteri
ciam ſignificat.

¶Pinguis liuida vrina.

TAlis vrina in febribus ⁊ non reſidens peracruſticum.i.
méte alienatū ſignificat. Significat aūt ⁊ aliud: in febre
enim cauſon talis vrina apparés ſtranguriā futurā ſignificat.

¶Pinguis nigra vrina.

EX ea complexio conſtat ⁊ declarat purgationem melan
colici humoris vt in declinatione quartanarij:⁊ ſolutio
ne melancolie:⁊ propter frigiditatem veniunt tales:⁊ pro
pter exuſtionem ſanguinis. A talibus vero cauſis dempſata
ſubſtantia ſignificat tales colores cum dempſitate ſubſtantie
fieri. Quoniam vero vera eſt ratio q̄ tres differentie nigre
vrine pinguiores ſunt ea que ſecundum naturam eſt vrina ſe
cundum ſubſtantiam:⁊ hinc manifeſtum eſt q̄ quartanario
ſoluto ⁊ melancolico humore per vrinas exeunte: vrine pin
gues apparent ⁊ nigre: ſimiliter ⁊ dum egritudo melancolica
ſoluitur. Et per vrinas exit cauſa que fecerat melancoliam:
qm̄ vo melancolicus humor terreus ⁊ pinguis ⁊ niger eſt ꝓ
pter hoc ⁊ vrinas facit ⁊ nigras ⁊ pingues. Similiter ⁊ que ex
aduſtione ſanguinis facit nigre ſunt: queadmodum predictū
eſt: dempſitatem poſſiderunt ſubſtātie eo q̄ eam que in vaſis
ex humiditate exhaurit aduſtio ⁊ frigiditas manifeſte dem
pſat materiam: ratione conſtrictionis. Significant autem ta
les vrine in febre ſpaſmum ex ſiccitate. Significant autem
tales ⁊ aliud: in febribus enim pactis tales venientes cū ſudo
re capitis ⁊ colli ⁊ dorſi ⁊ cū ſuſpirio male ſunt: ꝓpter exuſtio
nē. Significant aūt ⁊ aliud: tales cū veniés ī febribus acutis
cum fetore nihil mali habente veſica: mortem ſignificat. De
cōplexionibus ergo tenuis ſubſtantie cū quibus coloribꝰ poſ
ſunt conſtare ꝑſcripſimus:⁊ ſignificata earum diximus:⁊ cau
ſas propter quas facta ſunt manifeſtauimus:⁊ in deſcriptio
ne eas expoſuimus hoc modo:⁊ in pingui ſubſtantia compo
nentes ⁊ coniūgentes eos qui cum ea poſſunt colores conue
nire conuenienter ſcripſimus:⁊ ſignificata eorum diligentius
inqueſiuimus:⁊ cauſas eorum enarrauimus. Reliquum ve
ro eſt vt per deſcriptionem eas apponamus.

¶Pinguis alba: pinguis lactea: piguis glauca ⁊ karopos: pin
guis ſubruffa: pinguis viridis: pinguis liuida: pinguis nigra:
pinguis kianos.

Relinquitur ergo de mediocri ſubſtantia dicere: ⁊ manifeſtare cum quibus coloribus poſſit conuenire. Ea enim ē ſm naturam ſubſtātia: cum hac igitur ſubſtantia vt Galienus dicit in peryeriſeon ſubruffum: ⁊ ſubrubeum conſiſtunt: magnus vero ruffum: ⁊ ſubruffum: nos autem viros tantos ⁊ tales reprehendere veremur: tamen ab vtriſq; pretermiſſa cōplebimus conuenientemq; mixtionem mediocri ſubſtantie cōiungentes commiſceamus ita: quoniam cum mediocri ſubſtātia poteſt aliquis colorum conuenire exceptis ſubruffo ⁊ ſubrubeo in medio habentibus ruffum. Iſte ergo colores ſunt mediocris ſubſtantie ſcilicet ſubrubeus ruffus ⁊ rubicundus. Et vt ſit manifeſta ratio reliquum eſt vt in deſcriptione exponamus ita hoc.

¶ Pinguis albus: pinguis lacteus: karopos pinguis ſubrubeus: pinguis inopos: pinguis chianos: pinguis viridis: pinguis liuidus.

Qum hic ergo conuenienter expoſuerimus: ⁊ conuenientem ordinem in his que ſcripta ſunt ſeruauerimus ⁊ in deſcriptione ea manifeſtauerimus ⁊ clara omnibus diſcentibꝰ fecerimus: de hypoſtaſibus diſputemus oſtendentes que bona hypoſtaſis ⁊ que eſt ab hac ſiue intenſa ſiue remiſſa ⁊ que ex ea aut eis poſſunt perfici ⁊ que periculoſe ⁊ minores harum ⁊ que ad ſanitatem conuenientes hic compoſituri ⁊ hypoſtaſim ⁊ ſubſtantie ⁊ coloribus mixtas vt perfectuꝫ terminum aſſignemus inuocemus chriſtum verum deum noſtrum ducem fieri vt huius cō mixtiōis nihil pretermittamus.

¶ Hic determinat de hypoſtaſi in generali.

Incipiamus igitur bone hypoſtaſeos ex expoſitione: melius autem a ſapientiſſimo hypocrate hanc dicere: ⁊ neq; adiectionem: neq; ablationem aliquā faciamus: appoſitio enim ⁊ defectus non ſm naturam. Eſt ergo dictio ſapientis hypocratis de ea que ſm naturam hypoſtaſi.

¶ Hic determinat de hypoſtaſi in ſpeciali.

Optima autem bona eſt quando ⁊ alba hypoſtaſis fuerit ⁊ leuis ⁊ equalis ſm omne tempus. ⁊ ita vir ſapiens ⁊ amicus breuitatis exiſtens ex contento diffinitionē protulit: continens ſubſtantias ⁊ colorem: quaſi particularia. Nos autem ab eo pretermiſſa apponamus vt omnes appropinquantes littere non qualecunq; habeant gaudium: multorum enī intellectus non perfectam diffinitionem audientes ⁊ quaſi in

cipientem ſummum expoſitorem opinantur. Eſt ergo perfecta diffinitio eius: ſm naturam vrine talis.

¶ Hic ponit diffinitionem cõpletam hypoſtaſis ꝛ hypoſtaſi.

Urina bona eſt ꝛ laudabilis cum alba hypoſtaſis fuerit ꝛ leuis ꝛ equalis per omne tempus ſm ſubſtantiam vero moderatam: ꝛ colore ruffo ꝛ ſubruffo ꝛ parum aliquid ꝑticipans ruboris: ꝛ quia diffinitio ita ſignificauit iſpicere oportet in vrina hec quattuor: hypoſtaſim: colorem: ſubſtantiam: ꝛ tempus. Dicamus autem vnumquodqꝫ in vnoqꝫ eorum quale oportet eſſe.

¶ Hic declarat hypoſtaſim naturalem penes ſuas cõditiões.

Hec quidem ergo ſecundum naturam hypoſtaſis: habet album colorem ꝛ inferiorem locum ꝛ eſt leuis ꝛ indiuiſa ꝛ equalis in multas dies talis permanens: hoc enim eſt equale in tempore ſeruatum. Quicunqꝫ ergo ex his quattuor huiuſmodi quidem que ſecundum naturam ſedeminis conuertuntur in contrarium ſiue vnum ſiue duo hoc tale non ſecundum naturam quemadmodum ante compoſitionem ſuperius de ſubſtantijs ꝛ coloribus fecimus: ꝛ ſic nunc omnia cum hypoſtaſim. Componentes exordiri habeamus conuertemus autem ex his que obſeruantur in hypoſtaſi omnium vltimum quidem eſt equale ꝛ tribus ſm naturam manẽtibus inequale ſit quartum.

¶ Quid ſignificat alba hypoſtaſis ꝛ continua ꝛ equalis.

Huiuſmodi infirmitatez virtutis digeſtiue ſignificat: non enim omnino potuit digerere natura. Sed relinquit vnum indigeſtum eo quod omnibus diebus digeſtio non ſit: ſed aliquando quidem digeſtum ſedimen. Aliquando vero indigeſtum. Rurſus igitur conuertamus ꝛ continuum: vt ſint conuerſa illa duo in vnum: vt non ſit hypoſtaſis continua neqꝫ equalis.

¶ Quid ſignificat alba hypoſtaſis ꝛ non cõtinua ꝛ nõ equalis.

De priori minus digeſta ꝛ deficientibus ſm digeſtionem duobus: non ſolum enim equale amiſit: ſed ꝛ leue: vt non ſit continua ſed diſcreta: incidit autem continuum ſedimen ſpiritus incidens pinguis: ꝛ non dimittens illud eẽ equale: propter has igitur cauſas reliquum ſedimen ab his duobus minus digeſtum vno eſt: vertamus autem rurſus in principio quod conceſſum eſt.

¶ Quid ſignificat alba hypoſtaſis non continua ꝛ equalis.

Eſt ſedimen non leue ſed diuulſum:equale vero: hoc tale malum:eo quod multus ſpiritus ſit:et non poſſit a natura dyaforeſin habere vt ſit digeſtus.

¶Quid ſignificat alba hypoſtaſis non continua et inequalis.

Rurſus autem eſt vrina non continua et inequalis:hic melior priore:non enim quottidie diſſipatur:quemadmodum equalis:aliquando tamen diſpergitur:aliquando vero non:et propterea declarat minorem eſſe ſpiritum diuellentem continuitatem. Hoc autem oſtendamus in exemplo deficientis pulſus:ſi enim deficiens pulſus vſque ad multos dies idem permanet maius:malum eſt quam quottidie permutari: hoc enim eſt inequale igitur melius eſt diuulſum inequale diuulſo equali:et quod ſtupor eſt audientibus:et de hac quidem complexione tanta ſufficiant.

¶Quid ſignificat continuum eneorima.

Sit igitur ſedimen albū quidē:transmutetur autem a loco ſuo vt ſit in medio quod vocatur eneorima a nyor deptor quod est pendere. Eſt vero et continuū et equale hoc mediocriter indigeſtum nō valuit eū natura digerere vt inferiorem acciperet locum: hoc enim eſt digeſtum:ſed participatione alicuius ſpiritus incidentis eleuatur illud circa mediam regionem.

¶Quid ſignificat alba nubes et continuis et equalis.

Si vero multus ſpiritus fuerit impellitur ſedimen et ſuper mediam feretur regionem occupans ſuperiorem ſuperficiem et vocatur nubes:quaſi a metaphora nubium ea nubes que ſuperiorem locum occupat alba exiſtēs in feb. acutis ſpumoſis colericos humores ſignificat. et alter ſi in febre cōtinua alba vrina nubes ſpumoſas habens malum valde: ſignificat enim dextras hypocum dolere. Si in febre cauſon nigras nubes habet in quartanarium tranſmutari ſignificat. Si vero non omnino fuerit ſpiritus ad inferiorem accipit locum et demonſtrat perfectam digeſtionem que eſt ſecundum naturam hypos itaque et quecunque de hypoſtaſi ſunt totidem: de eneorimate:et de nube dicta oportet arbitrari: huiuſmodi enim poſitione ſola tantum differentia itaque manifeſtum eſt: quoniam ex loco amplius nihil dicemus quā menſuram ſignatorum et ſignificatorum:permutetur igitur alba:color eſt hypoſtaſi et fit niger.

¶Quid ſignificat alba hypoſtaſis non cōtinua et equalis. hoc docet cognitionem malam hypoſtaſi ſecundum magis et minus.

HOc tale malum ſi fuerit quiddam in nube nigrum: mi nus malum: ſi vo in eneoꝛimitate maius malum: ſi vo in hypoſtaſi perfecte malum.

¶ Quid ſignificat alba nubes non continua ⁊ inequalis.

SImiliter ⁊ in alba: ſi enim alba ⁊ continuum ⁊ equale fuerit hypoſtaſis bonum: ſi vo nubes maius bonum: ſi vero eneoꝛiſma manifeſtum: ⁊ melius bonū: ⁊ de trium quidē poſitione ſufficienter dictum eſt.

¶ Notificatio hypoſtaſis a parte coloꝛis.

QVoniam autem diximus de tempoꝛe ⁊ ſubſtantia ⁊ loco reliquum apponamus de coloꝛe: erat autem ſecūdū naturam coloꝛ ſedimīs album: hoc igitur non fit album: ſed nigra: aut liui: aut pallidū: aut ſubꝛuffū: aut rubeū: aut viride

¶ Quid ſignificat rubeum aut ſubꝛuffum ſedimen.

SVbꝛubeum ergo ab aquoſo ſanguine fit vt ſuperius dictum eſt: ⁊ ſignificat indigeſtionem ſed non moꝛtem: rubeum vo factum a ſincero ſanguine ſignificat digeſtionem: ⁊ ſi quidem fuerit moderatum neqꝫ abundantiam habens: neqꝫ indigentiam ſine periculo eſt maxime: quoniam igitur: neqꝫ ſubꝛubeum adducit periculum materie familiare eſt pꝛopꝛium vero materie aquoſi ſanguinis pꝛoximi exiſtens ſanguini vt amicum coꝛpoꝛi non adducit periculum: quoniam vo indigeſtionem ſignificat pꝛopter hoc ⁊ tempus expectare opoꝛtet. Et hoc manifeſtum eſt quod ſequitur tempus humoꝛum hi quidem ſanguine fiunt pꝛius: vt flegma ⁊ liquoꝛ: hi vero poſt ſanguinem vt colera ⁊ melancolicus humoꝛ: ſincerus vo ſanguis in medio amboꝛum eſt: quando igitur ſubꝛuffa apparet vꝛina ſignificat ab aquoſo ſanguie habere coloꝛē: aquoſus vero ſanguis pꝛioꝛ eſt ſincero ſanguinis: ⁊ pꝛopter hoc indigeſtionem ſignificat. Non enim perfectum appoſuit natura aquoſa coloꝛem: manifeſtum eſt igitur quoniam nequaꝗ̄ digeſtus eſt. Indiget ergo tempoꝛe natura ad digeſtionem aquoſi ſanguinis: rubeum vero ſedimen ⁊ criſin futuram. in vij. die ſignificat: ſi enim in quarta die ſuperius nubem habet vꝛina rubea ⁊ alia digeſtionis ſigna. vij. die manifeſtum: quoniam egritudo iudicabitur: quod ergo ſignificat ſubꝛuffum. ⁊ rubeum dictum eſt.

¶ Quidqꝫ ſignificat ſedimen liuidum.

FRigiditatem ⁊ moꝛtificationem manifeſtat virtutis: eſt autem dicere ⁊ aliter: in acutis enim febꝛibus vꝛinā liui

dam hypoſtaſis habens in ſuperueniēti die nō ſine periculo.

¶ Quid ſignificat ſedimen viride.

Viride vero ſignificat calorem plurimum: ⁊ chachoeticum egritudinis.

¶ Quid ſignificat ſedimen ſubnigrum.

Subnigra vrina deficit a perfecto nigro: in febre enim cauſon vrina ſubnigra encorimata habens excelſa inſaniam ſignificat: ⁊ omnes fluxus ſanguinis plurimum. ſuperueniens criſis cum rigore ⁊ ſudore.

¶ Quid ſignificat ſedimen nigrum.

Nigrum aliquando quidem indicat frigiditatem: aliquā do vero calorem: determinemus illud ita. Siquidem preceſſerit liuidum: deinde ſic factum eſt nigrum: frigidam habet ſignificationem: ſi vō viride preceſſerit: ſecutum autem eſt nigrum: manifeſtum eſt quoniam a calore factum.

¶ Hic docet quandam cautelam.

Quoniam autem albus color bone hypoſtaſis creditur eſſe ſignum: noſſe oportet quoniam albus color multotiens deludit artificem: quaſi alba hypoſtaſis bona ſit: cū non ſit: ſed crudus humor albus in ſedimine apparet: ⁊ poſt albū decipit artificem quaſi hypoſtaſis bona ſit. Sed hoc quidem odore diſcernitur. fetidum enim eſt. Sed ⁊ lombis vlceratis ⁊ veſica: aut epate: aut aliqua particula: per vrinas euacuatis: pus emittitur quemadmodum dicit hypocrates. Si ſanguinem mingit: quis: aut pus lomborum: aut renum: aut veſice vlcerationem ſignificat: ⁊ rurſum quibuſcunqꝫ in vrinali vga puſtule naſcuntur his ſanie facta ⁊ errupta ſolutio ſit.

¶ De ſedimine crudi humoris.

Manifeſtum quoniam ſanies per eandem viam euacuata eſt: crudus vō humor ex inequali ſubſtantia determinatur ſediminis: non enim eſt continuum ipſum ſedimen crudi humoris: ſed velut diſſolutum in minima velut harena: hec quidēꝫ dicta ſumit: vt non decipiatur medicus colore: ſed diſcernat hypoſtaſim ⁊ a ſanie ⁊ a crudo humore. Si enim ſanguinē ⁊ pus mingat ⁊ ſquamas ⁊ odor grauis eſt: aut lomborum aut renū aut veſice vlcerationē ſignificat: hec qdem dicimus vt non decipiatur artifex: ſed ⁊ harenoſa in vrinis ſedimina ⁊ diuturna veſicā aut lōbos lithiaſim habere ſignificat. ⁊ aliter ſi ſanguinem mingat: lomborum ⁊ veſice ſignificat vlcerationem hoc quidē dicimus vt nō decipiat artifex iſpectis

ne ſediminis facti ⁊ a fame ⁊ a crudo humore:⁊ quattuor quidem differentias ſediminis expoſuimus ⁊ colorem:⁊ locum ⁊ ſubſtantiam ⁊ tempus:⁊ reliquū eſt vt hoc ſm partes quattuor demonſtremus in deſcriptione ſic.

Alba hypoſtaſis continua equalis.
Alba hypoſtaſis continua inequalis.
Alba hypoſtaſis non continua qualis.
Alba hypoſtaſis non continua inequalis.

Hec ſunt quattuor differentie deſcriptōis ſediminis. Quoniam autem ſedimen dicimus tres habere locos ⁊ ſignificata eorum diximus:⁊ in deſcriptione eius quēadmoduꝫ ⁊ apparens ratio manifeſtat:aut enim inferiorum locuꝫ habet ⁊ hypoſtaſis nominatur:aut medium ⁊ eneorima dicitur:aut ſuperiorem ⁊ nephilis vocabitur. Et cauſas omniuꝫ propter quas acceperunt locos ⁊ ſigna vel ſignificata eorum diximusꝫ ⁊ deſcriptionem eius que inferioreꝫ locuꝫ accepit hypoſtaſis. differentias expoſuimus ad eundē modū:⁊ in media hypoſtaſi que eneorima vocatur faciamus eiuſdem differentias. In deſcriptione dicamus ita.

Album eneorima continuum equale.
Album eneorima continuum inequale.
Album eneorima non continuum inequale.
Album eneorima non continuum equale.

Iſte ergo eneorimatis differentie ſunt quas ⁊ in deſcriptione expoſuimus:procedens ſermo docebit ſignificata vniuſcuiuſqꝫ differentie qd ſignificent:ſm vō tertiaꝫ differentiam ſediminis ſupiorem locū tenētis que ⁊ nubes noiaſ: ⁊ huius differentias in deſcriptiōe exponamus:⁊ quid ſignificent ſubſequenti ratione dicemus: ⁊ ſignificata huiuſmodi nō pretermittemus. Eſt igitur ⁊ eius deſcriptio ſic.

Alba nubes non continua equalis.
Alba nubes non continua ⁊ inequalis.
Alba nubes continua equalis.
Alba nubes continua inequalis.

Et de cōplexionibus quidē differētiaꝝ triū hypoſtaſeō dicimus nihil ꝑtermittētes:⁊ in deſcriptōe expoſuim⁹.

¶ Diuerſitas vrine a parte corporis.

Quoniam humanarum corpus ex tribus conſiſtit:ſcilicet ex ſpiritibus humoribus ⁊ ex terreis: id eſt firmis partibus:humida vō corpus conſtituentia:ſunt humores ⁊ eo-

rum ſuperfluitates: quecunq; quidem ex putrefactis humoribus per vrinas exeunt ſufficienter expoſuimus: dicamus igitur nūc que ex ipſis partibus firmis corporis minguntur vt perfecta ⁊ non minus habens de vrinis doctrina fiat: etenim earum partium meliores quedam ſunt liquefacte in olei ſubſtantiam: aut in aliquam aliam formam aſſimilantur. Quoniam ergo pinguedo ⁊ caro molliora firmarum partium ſunt ⁊ humidiora. Primum quidem reſoluit pinguedinem ⁊ omnium firmarum partium ſolubiliorem: deinde carnem: pinguedine ergo liquefacta in olei ſubſtantiam tranſmutat calidum: ⁊ quoniam eadem non ſimul reſoluitur: ſed habet quoddam principium reſolutionis ⁊ aſcenſum ⁊ ſtatum temporis eius cognitionem dicamus.

¶ Quid ſignificat vrina oleaginoſa: ⁊ de differentijs oleaginarum vrinarum.

PRincipium quidem oleaginarum vrinarum eſt cū olei colorem habentes: augmentum vero apparentes vt oleum: ſtatus vero eſt quia ſunt oleagine: ergo olei colorem habētes principium liquefactionis declarantes quaſi aquoſe apparent: que vero apparent vt oleum temporis augmento facte mixtionem perfectiorem olei ad vrinam habent: oleagine vero facte que in ſtatu ſunt vrine tote omnino: ⁊ in colore ⁊ in ſubſtantia velut oleum ſunt. Vrina in febre oleagina ſubnigra veniens incenſionem ex ſpaſmo ⁊ mortem ſignificat. Quoniam autem pinguedo vniuerſalis eſt ſecundum plures diuiditur partes: aut .n. ſecundum lombos ⁊ circūuoluitur: ⁊ quaſi operit. id eſt cooperit eos aut ſecundum omnes corporis partes circa lombos pinguedine reſoluta ⁊ per vrinas exeūte magis ſimul exitus fiet quam ea que in toto corpore eſt pinguedine: eo quod hec quidem prope vrinales meatus ſit. Hec vero longe ab his. Hypocras vero diſcrete conſiderans ſcripſit ita in amphoriſmis. Quibuſcunq; pingue ſedimen ⁊ multum his nefreticam ſignificat. manifeſtum quoniam lomborum pinguedine reſoluta: ⁊ aliter vrina in cauſon pinguem hypoſtaſim habens: mortem ſignificat: ſine febre vero ſenibus hoc tale factum peraplegiam ſignificat. i. ſolutionem partis. Et de oleaginis quidem vrinis ex liquefactione piguedinis factis ſufficiant que dicta ſunt.

¶ Quid ſignificant petaloides in vrina.

QUoniam igitur ſolide partes corporis habent in ſeipſis ex longitudine ⁊ latitudine ⁊ profunditate: quecunq;

vero in latitudine dilacerantur vel in ſuperficie radunt̃: quaſi quedam petula in vrinis apparentia: veſice vicij talia ſunt demonſtratiua: denominationẽ autem habent ex his que ſunt ſimilia petalis: que ex detritis triticis ſunt: ſcđm vero ſupra dictum modum ⁊ ex lombis determinant̃. Si enim fuerit febris ⁊ vrina petaloides ſubſtantiam habens: totum patit̃ corpus. ſi vero non ſit febris veſice paſſio eſt: hec per digeſtionẽ ⁊ indigeſtionem terminant̃. Si enim cum indigeſtione totius corporis malũ eſt: ſi vero ſit digeſtio veſice malum eſt.

¶ Quid ſignificant furfuree hypoſtaſes

Quando vero febris occupat corpus ſm ꝓfunda vaſorũ hypoſtaſes furfuree ſiũt ⁊ groſſiores: de petaloidib⁹ ſũt Et tales igit̃ vrine predictis hypoſtaſibus ſm eundem modũ ſignificatiue ſunt ⁊ veſice paſſionem eſſe ⁊ totius corporis. Si enim adſit febris totius corporis malum. Si vero non veſice ⁊ ſi quid indigeſtum ſit totius. Si vero digeſtum veſice ſicut hypocras dicit: quibuſcunqȝ in pingui vrina furfurea conueniunt: his veſica ſcabit.

¶ Quid ſignificẽt crinoides.

Si vero occupet febris ſm tres dimenſiones corporis. ſ. longitudinem latitudinẽ ⁊ ꝓfunditatẽ: huius furfureis groſſiores fiunt ⁊ vocant̃ crinoides: ſcias autem hoc tale fieri ſi aliquis ſubleuans molã triticũ molentẽ in groſſiores partes tritici operat̃: tales groſſiores partes tritici crinoides nominant̃: ex his igit̃ ⁊ que in vrina apparent denominationeſ acceperunt: fiunt aũt hui⁹ crinoides vrine aut ꝓpter liquefactionem ſolidorũ vehemẽtẽ aut ꝓpter exuſtionẽ ſanguinis. Sed ſiquidem albe fuerint: ſolidorum eſt paſſio. Si vero rubee ſanguinis queadmodũ dicit hypocrates: in febribus acutis vrina colerica crinoides ⁊ albam hypoſtaſim habens malum ⁊ aliter: in febribus diuturnis vrina crinoidẽ hypoſtaſim habens alijs ſalutaribus exiſtentib⁹ diſceſſum ſignificat. Vrina in febribus eneorima crinoidẽ habens: diuturnam ſignificat egritudinẽ. Et de groſſioribus quidem hypoſtaſibus que in vrinis ſunt ⁊ apparent ſufficiãt p̄miſſa.

¶ Quid ſignificent fetide vrine ⁊ diuerſe.

Fetida vero vrina: differentias ſignificat. Vrina mali odoris ⁊ mordax: humorum putredinẽ ſignificat: ⁊ rurſum in febribus vrina aquoſa ⁊ alba ⁊ multa cũ albis eneorimatibus fetida peracopin ſedat id eſt maniã: ⁊ aliter vrina in acu-

tis febribus pinguis nigra ꝛ fetida veſica nihil mali habētes mortem ſignificat:ſignificat vero putredinem:ꝛ mortificationem nāe. Et de huiuſmodi qdē vrinis ſufficiēt que dicta ſunt.

¶ De ſedimunibus ꝛ coloribus ꝛ ſubſtantijs ſimul coniunctis

QUoniam autem prius ꝛ ſubſtantie tenuis ꝛ pinguis cuꝫ coloribus compoſitiones fecimus:nunc coniungamus effuſionem ꝛ ſedimen cum competentibus coloribus ꝛ qḋ ſignificat horum ſingulum apponamus:ꝛ quoniā ſedimē ſcḋm ſubſtantiam eſt pingue:manifeſtum aūt qm̄ a digeſtione tale factum eſt:aut ex abundantia pinguium ꝛ crudorū humorū. Ceterum ſedimē hoc cum tenui ſubſtātia cōuenire nō pōt. Iūgamus igit̄ ipam effuſionem pinguē cum hypoſtaſi:ꝛ cum colore rubeo ꝛ ſubrubeo. In compoſitionibus enim his indigeſtionē ſignificantes colores cōuenire non poſſunt. Incipiamꝰ: ergo cōpoſitionē facere cuꝫ ſubrubeo colore:qm̄ hoc ab aquoſo ſanguine:fit hic vero ex perfecto:oportet autem cognoſcere qm̄ qdaꝫ colores coniuncti in ſubſtātijs effuſionis:ipſi etiā in hypoſtaſibus:nō tū̄ perfecti quidam in ſubſtātijs fiunt:ſed in hypoſtaſibus imperfecti.

¶ Quid ſignificat ſedimen pingue ſubrubeum cuꝫ pingui ſubſtantia vrine.

HEc compoſitio cōſtat queādmodū ſupius dictum eſt: ꝛ ſignificat longitudinē egritudinis:vel vt ſi fit vrina ſubrubea:ꝛ hypoſtaſis ſubrubea ꝛ cōtinua ꝛ equalis ſedimē pingue ꝛ rubeum cum pingui ſubſtātia vrine.

¶ De ſedimie pingui nigro cū pingui ſubſtātia vrine ꝛ nigra.

ET ea cōſtat compoſitio:ꝛ ſignificat multitudinem ſanguinis:ꝛ ex ſubſtantia ꝛ ex ſedimine.

¶ De ſedimine nigro ꝛ pingui cum ſubſtantia pingui.

ET hec compoſitio cōſtat ꝛ monſtrat aduſtionē:ꝛ ſm̄ ſubſtantiā ꝛ ſedimen:ſimiliter aūt ꝛ cum coloribus contigētibus coniungi ſubſtātie ꝛ ſedimini eadem ſignificata declarantur ſupfluitatis ꝛ indigentie:excepta mediocritate vtrorumqꝫ ſubſtātie ꝛ ſediminis:cū ſcḋm nām coloribus. ſ.cū ruffo ꝛ ſubruffo:ꝛ eni hec ſignificant pfectā digeſtionē:ꝛ in ſubſtātia ꝛ in ſedimine:ꝛ in colore. Et de vrinarū qdem diſciplina ꝛ ſcḋm ꝛ genera ꝛ ſpēs ꝛ differentias cōuenienter expoſuimus.

Expletus eſt liber vrinarum Theophili. Deo gratias.

Incipit liber aphoriſmorũ domini hypocratis a domino Theodoro gaza medico e greco in latinum de nouo tranſlatorum.

Vita breuis. ars longa. occaſio p̄ceps. Experimentũ fallax: Iudicium difficile eſt. Nec ſolum ſeipm̄ officio fungētē exhibere opꝫ. Sed etiam egrũ ⁊ aſſidentes ⁊ exteriora. ij

In pturbationibus ventris ⁊ vomitibus ſpontiuis. Si tale purgat̄ quale purgari opꝫ: res bene cedit ⁊ facile fertur. Sin minus ꝯtra. Similimodo cōceptaculorũ inanitio ſi fiat qualis fieri opꝫ res bene cedit ⁊ facile fert̄. Sin minus contra. Igit̄ ⁊ tēpus ⁊ terram ⁊ etatē ⁊ genera morborum in qb⁹ oportet nec ne conſpicari officium eſt. iij

Habitus athletarũ ad modum boni tuti non ſunt ſi ad ſummum deuenerint: non enim in eodē ſubſiſtere poſſunt aut quieſcere quod ſi non quieſcunt nihil pficere in melius poſſunt reſtat igit̄ his de cauſis: vt in deterius labantur Quaꝫ ob rem ſoluere habitũ expedit ſine mora: vt denuo reſici corpus incipiat. Nec idcirco cōpreſſiones inextremum ducende ſunt. Haud eni tutũ hoc eſt: ſed pro eius qui corrigitur nā ducendum: vt tolleret omnino euacuationes. In extremũ deducte cum periculo ſunt: rurſuſqꝫ recreationes extreme ad periculum agunt. iiij

Tenuis exqſitaqꝫ victus ratio in affectib⁹ tũ diuturnis oīb⁹: tũ ēt acutis qbus nō cōpetat grauis moleſtaqꝫ eſt. Itemqꝫ vict⁹ qui in extremũ tenuitatis deuenerit grauis eſt. Nā ſacietas quoqꝫ in extremũ acta moſta eſt.

In tenui victus ratione egri peccant: quo fit vt maiore afficiant̄ detrimento: quicquid enim committit̄ grauius obuenit q̄ in aliq̄tulum pleniore. Hic igit̄ ⁊ ſanis tuta nō eſt illa ad modum tenuis diligens exquiſitaqꝫ ratio victus ob eā rem q̄ difficilius errorem qui committit̄ ferunt. Ita fit vt tenuis ⁊ diligens victus periculoſior maxima ex pte ſit eo qui paulo plenior precipiat̄. vi

Sommis morbis ſumma diligentiſſime remedia adhibenda ſunt.

VBi morbus peracutus eſt: ſtatim ⁊ labores ſummi fati
gant ⁊ tenuiſſimo victu vti neceſſe eſt: vbi non ita eſt:
ſed plenius agere licet. Tantum indulgendum eſt cibo quan
to morbus ipſe ſit ſummo leuior. viij.

QVm v̄o morbus conſiſtit ſuo vigore: tunc tenuiſſimo vi
ctu vti neceſſe eſt. ix.

COlligendum etiam eſt an eger poſſit eo victu quem pre
ceperis durare ad conſiſtendi vigorem vſq; egrotatio
nis: ⁊ ille ve potius deficiat. nec durare poſſit ea ipſa victus
ratione: an morbus ante deficiat atq; hebeteſcat. x.

QVibus igitur cõſiſtẽtia iuxta eſt his tenuis victus. iuxta
precipiendus eſt: quibus aũt cõſiſtẽdi vigor poſtea futu
rus eſt: ijs in eoipſo vigore ⁊ pauloante cibo ſubtrahẽdũ eſt.
Tẽpore v̄o ſupiore vberiꝰ agẽdũ eſt vt eger ſufficiat. xj.

IN acceſſionibus abſtinẽdum eſt: aſſumere enī cibũ no
ciuum eſt: ⁊ quibus per circuitum veniunt acceſſiones
ijs in ipſa acceſſione abſtinendum eſt. xij.

ACceſſiones v̄o conditioneſq; iudicantur a morbis ⁊ an
ni tẽporibus atq; etiã circuituũ ſucceſſiuis incrementis
ſiue quottidie ſiue vno interpoſito die. ſiue etiã p interualla
ampliora eueniũt: nec nõ ex his que ſupueniunt iudiciũ acci
pi põt. Verbi gratia in morbo coſtali ſi ſcreatio purulẽta ſtati
inter initia extitit breuẽ egritudinẽ fore oſtendit. Sin poſtea
paruit lõgam: q etiã vrina. aluus. ſudor. morbos. aut diffici
le: aut facile: aut nullo pacto iudicari finiriue poſſe: aut bre
ues: aut longos fore ſignificabunt. xiij.

SEnes facillime ieiuniũ tolerant mox qui firma etate ſũt.
Minus adoleſcẽtes omnium minime pueri: eorumq;
ipſorum qui animo ſunt propenſiores. xiiij.

QVi increſcũt plurimũ caloris innati obtinent itaq; pluri
mo cibo indigent. Alioqn corpus aſſumit: ſenibꝰ v̄o pa
rum caloris ineſt: ⁊ ob eam rẽ paucis egent fomentibꝰ qppe q
a multis oppreſſi extiguant: hinc etiã febres nõ eque acute ſe
nibus accidũt: corpus enim eorum frigidũ eſt. xv.

VEntres hyeme ⁊ vere natura calidiſſimi ſũt ⁊ ſomni lõ
giſſimi. Itaq; p ea tẽpora cibi clari copioſius vti debẽt.
Caloris enī natiui copia magna ineſt: vt cibus proinde pleni
or reqratur. Argumento etates ſunt ⁊ athlete. xvj.

VIctus omnis febricitantibus humidus pficit: ſed preci
pue pueris. ⁊ his qui ita viuere conſueuerũt. xvij.

QUibus nam ſemel aut bis aſſumẽdum ſit ⁊ plura vel an pauciora particulatim animaduertendum. Tẽpore etiam etati ⁊ cõſuetudini impartiẽdũ aliquid eſt. xviij.

QUibos eſtate ⁊ autumno difficillime ferunt. Hyeme facillime mox vere. xix.

QUi per circuitus acceſſionum exacuũtur his nihil eſt dã dum nec aſſumere quicꝙ̃ cogendum: ſed adiectioni ſubſtrahendum eſt ante iudicationem. xx.

QUe iudicantur aut iudicata ſunt integre: non mouere neqꝫ nouare vel medicamentis: vel alijs incitamentis: ſed ſinere debes. xxj.

QUe euacuanda ſunt eo duci debent qua maxime natura cõmode tendit. xxij.

COncocta euacuare mouereqꝫ non cruda oꝫ nec in principio niſi turgent. Sꝫ magna ex ꝑte nõ turgẽt. xxiij.

DEiectiones non copia eſtimande ſunt: ſed eo quod talia deijciuntur: alia deijci oportet ⁊ facile eger fert. Atqꝫ vbi ad anime defectionem vſqꝫ ducendum eſt: ita agendum modo eger durare poſſit. xxiiij.

IN affectibus acutis raro ⁊ inter initia vtendum medicamento euacuatorio eſt: idqꝫ adhibito diligẽter ex anime faciendum eſt. xxv.

SI quale purgari oportet tale purgatur prodeſt ⁊ facile fertur. Si contra difficulter.

¶ Incipit liber ſecũdus aphoriſmoꝝ dñi Hypocratis a dño Theodoro gaza medico e greco ĩ latinũ nuꝑ trãſductoꝝ. j.

IN quocunqꝫ morbo ſomnus laborem affert letalis eſt. At ſi iuuat letalis non eſt. ij.

Ubi ſomnus delirum tollit bene eſt. iij.

SOmnus aut vigilia ſi alterutrum modum exceſſerit mali eſt. iiij.

NOn ſacietas non fames non aliud quicꝙ̃ bonum eſt qđ naturam excedit. v.

Laſſitudines ſponte eueniẽtes morbos ꝓnunciãt. vj.

QUicunqꝫ parte corporis aliqua laborantes laborẽ ipſuꝫ magna ex parte nõ ſentiũt his mẽs egrotat. vij.

QUe longo temporis ſpacio extenuantur lente reficienda ſunt. Que breui breuiter. viij.

SI qs a morbo cibum aſſumens nō corroborat᷑ plus cibi ꝙ ſatis ſit aſſummi ſignificat᷑. At vero ſi non aſſumenti ita euenit: euacuatione opus eſſe ſciendum eſt. ix

Corpora quacunqꝫ purgare libuerit fluida eo facies. x

Corpora impura quo magis nutris eo magis offendis. xj.

Potu ꝙ cibo expleri facilius eſt. xij

QUe per morbos relinquuntur ab iudicatione faciunt recidiuam. xiij

QUib⁹ iudicatio iſtat his nox difficil' ē ꝗ acceſſionē ꝓcedit: ꝯſequēs āt nox facilior magna ex pte accidē ſolet. xiiij

IN profluuijs alui mutationes deiectionuꝫ iuuant niſi in praua mutentur. xv

UBi fauces egrotant aut tubercula in corpore oriunt᷑ excretiones cōſiderande ſunt. nā ſi biliose ſunt corp⁹ egrotat: ſi ſimiles ſanis corpus alere tutum eſt. xvi

Ubi fames eſt: laborandum non eſt xvij

UBi plus cibi preter nām ingeſtum eſt: morbū id facit: patet hoc ex ipſa curandi ratione. xviij

EOrū que vniuerſim atqꝫ celeriter alūt: ſecretiones quoqꝫ celeriter fiunt. xix

MOrborum acutorū ꝓdictiones nō admodum tute ſunt neqꝫ mortis neqꝫ ſalutis. xx

QUibus iuuenibus adhuc aluus humida eſt his ſeneſcentibus ſiccat᷑. Contra qbus iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt his ſeneſcentibus humectatur. xxi

Famem vini potio ſoluit. xxij

QUicunqꝫ morbi ex repletione fiunt euacuatione curant᷑: qcunqꝫ euacuatione repletione. Eodemqꝫ modo ceterorum cōtraria: remedio ſunt. xxiij

MOrbi accuti intra quartum decimum diem iudicari ſolent. xxiiij

DIes quartus ſeptimi iudex eſt. Octauus ꝓncipium alterius ſeptenarij exorditur. Undecimus etiam conſiderandus eſt. Quartus enim ſecundi ſeptēnarij eſt. Item decimus ſeptimus cōſiderandus eſt. Quartus enim a quarto decimo ⁊ ſeptimus ab vndecimo eſt. xxv

QUartane eſtiue breues magna ex parte ſunt. Autumnales longe ꝓſertim que ad hyemē attigerit. xxvi

FEbrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt ꝙ conuulſionem febri. xxvij

HIs que non ex rõne leuant cõfidendum nõ eſt:nec ꝑme-
tu omittendũ ſoluere ea que ꝑter rationem incidũt ma
la:hec enim magna ex parte infirma ſunt,nec ꝑſeuerare aut
in morari diutius ſolent. xxviij

HEbricitanti non ad modum leuiter ſi per ſummã corpo
ris formam ſi corpus preſtat nec vllo modo collabitur
aut ↄtra ſi magis ↄſumiť ꝙ rõ poſtulat vicioſuȝ eſt. Alteꝝ eni
longitudinẽ morbi alterũ imbecillitatẽ ſignificat. xxix

QVm morbi incipiunt ſi qd mouendum eſt moue. Cuȝ cõ
ſiſtunt ⁊ vigent quieſcere melius eſt. xxx

OMnia cum incipiunt ⁊ finiunt leuiora ſunt. Cum con-
ſiſtunt grauiora. xxxi

SI cui ab egrotatione bene aſſumenti cibum corpus nihi
lo ꝓficit:ſignum eſt vicioſum. xxxij

OMnes fere qui ſeſe male habent ꝑncipio bene aſſumẽ
tes cibũ nec quicꝙ ꝓficientes in fine medicinã exigunt.
At vero qui ꝑncipio vehemẽter inedia exigentes poſtea be-
ne aſſumunt hi melius euadunt. xxxiij

IN quouis morbo mente cõſtare ⁊ cibuȝ appetere bonũ
eſt:cõtrarium vero vicio datur. xxxiiij

PEr morbos minus hi periclitanť quoꝝ nãe morbus cõ
uenit:aut etati:aut habitui:aut tempori:ꝙ quibus non
cõuenit aliqua ex his ratione. xxxv

IN quauis egritudine partem vmbilici ⁊ hymum ven-
trem eſſe pleniorẽ melius eſt admodum:extenuari atqȝ
tabeſcere vicioſum eſt. Ad inferas etiã purgationes hoc ideȝ
tutum non eſt. xxxvi

QVi ſalubri corpore ſunt celeriter per euacuatiões opp̄ſſi
diſſoluunť atqȝ etiã qui prauo cibo vtunť. xxxvij

QVi corpore bene conſtant difficulter ad vſum veniũt me
dicamentorum. xxxviij

POtus ⁊ cibꝰ paulo deterior modo ſuauior ſit ꝙ qui me-
lior:ſed inſuauior ante ponendus eſt. xxxix

SEniores magna ex pte minus egrotant ꝙ iuuenes. Atta-
men qui longi his acciderint morbi magna ex parte inſa
nabiles tota vita commitanť. xl

RAucedines ⁊ grauedines maioribus ad moduȝ natu cũ
quoqui nequeunt. xli

QVi ſepe ⁊ multum exoluũtur ſine cauſa manifeſta hi de
repente moriuntur. xlij

Stupor attonitus vehemens ſolui non poteſt: leuis non de facili poteſt. xliij

Qui ſtrangulantur ⁊ euertuntur citra mortem ſi ore ſpumant non reficiuntur. xliiij

Qui obeſi ad modum ſunt ex natura celerius moriunt̃ q̃ qui gracilles. xlv

Qui morbo commitiali laborat: ſi iuuenis eſt liberari mutatione potiſſimum. etatis. loci. victus. ⁊ vite munere poteſt. xlvi

Supra dyaphragma dolores ſurſum farmacia idigere ſignificat. Quicunq; vō inferius ſignificāt inferius. xix.
Quicunq; in farmacijs non ſitiunt cum purgantur: non quieſcant: donec ſitiant. xx.
NOn febricitantibus exiſtentibus ſi fiat ſtrophus: vel genuum grauitas ⁊ lomborum dolor: deorſum farmacia indigere ſignificat. xxj.

Egeſtiones nigre vel qualis ſanguis ſponte venientes ⁊ cum febre ⁊ ſine febre peſſime. Et quantūcunqʒ fuerint colores plures magis malum. Cum pharmaco vero melius: ⁊ quanto plus fuerint colores nō malum. xxij.

Egritudinibus quibuſcunqʒ incipientibus: ſi fel nigrum: aut ſurſum aut deorſum exierit mortale. xxiij

Quibuſcunqʒ ex egritudinibus acutis: aut multi temporis: aut abortibus: aut aliter extenuatis: ſi fel nigrum exierit: aut qualis ſanguis niger: ſequenti die morientur. xxiiij

Diſſinteria ſi a felle nigro inceperit mortale. xxv.

Sanguis ſurſum quidem qualiſcunqʒ malum: deorſum vō ſi niger exierit bonum. xxvj.

Nigre egeſtiones ſi a diſſinteria habito: vt inteſtinorum carnes egerantur mortale. xxvij.

Quibuſcunqʒ in febribus ſanguis fluit multitudo: vndecūqʒ in reſumptionibus vētres his humectantur. xxviij.

Quibuſcunqʒ fellee egeſtiones ſunt: ſurditate ſuperueniente quieſcunt. Et quibuſcunqʒ ſurditas felleis egeſtionibus ſuꝑuenientibus quieſcunt. xxix.

Quibuſcunqʒ in febribus ſextanis exiſtentibus rigores fiunt diſcriti ſunt. xxx.

Quibuſcunqʒ exacerbationes fiunt ſi qua hora febris acceperit in craſtinū eadem hora incipiat diſcripta. xxxj.

Laborioſis in febrib⁹ circa articulos ⁊ circa maxillas maxime apoſtaſes fiunt. xxxij.

Quibuſcunqʒ reſurgētibus ex morbis ſi aliquid doluerit: ibi apoſtaſes fiunt. xxxiij.

Si vero ⁊ prius doluerit: aliquid ante egritudinem: illic confirmatur egritudo. xxxiiij.

Si a febre habito tumore non exiſtente in faucibus ſuffocatio repente ſuperuenerit mortale. xxxv.

Si a febre habito collum conuertatur vt vix poſſit deglutire tumore non exiſtente in collo mortale. xxxvj.

Febricitāti ſi ceperint ſudores boni ſunt tertiani: quartani ſepteni: ⁊ q̄ nono die. ⁊. xj. ⁊. xiiij. ⁊. xvij. ⁊. xx. ⁊. xxj. ⁊. xxiiij. ⁊. xxvij. ⁊. xxx. ⁊. xxxj. ⁊. xxxiiij. ⁊. xxxvij. ⁊. xl. Hi eni ſudores egritudines iudicāt. Qui vō ita nō fiunt: dolorē ſignificāt ⁊ longitudinem egritudinis ⁊ conuerſionem. xxxvij.

Frigidi ſudores cū febre acuta q̄ facti mortē ſignificāt. Cū molliori vō febre lōgitudinē egritudinis ſignificāt. xxxviij.

Et vbi in corpore ſudor: ibi egritudinem narrat. xxxix.

Et vbi in corpore calidum vel frigidum: ibi egritudo regnat. xl.

Et vbi in toto corpore mutationes: ⁊ ſi corpus aut infrigidatur aut ſtatim calidũ fit: aut calor alter ex altero fit ſignificant longitudinem egritudinis. xlj.

Sudor multus ex ſomno ſine aliqua manifeſta cauſa factus ſignificat quoniam corpus plurimo cibo vtitur. Si vero cibum non accipienti hoc fiat ſignificat quoniam indiget euacuatione. xlij.

Sudor mult⁹ frigidus vel calidus: ſemp fluẽs frigidus maiorẽ: calidus vero minorẽ egritudinẽ ſignificat. xliij.

Febres quecunq; non deficientes tertia die fortiores fiũt periculoſe. Quecunq; vero ſic defecerint: ſignificant quoniam non periculoſe. xliiij.

Quibuſcunq; febres longe ſunt: his dolores ⁊ puſtule ſiunt in articulis. xlv.

Quibuſcũq; ex febribus reſurgẽtibus aut puſtule aut dolores fiũt in articulis: hi amplioribus cibis vtũt. xlvj.

Si rigor inciderit febre non deficiente: iam debili exiſtente vtute mortale. xlvij.

Excreationes ſi in febribus non deficientibus liuide vel ſanguinee ⁊ fetide: ⁊ fellee ſint: omnes male ſunt. Egeſte vero bene: bone ſunt ⁊ ſm ſeceſſum: ⁊ ſm vrinas. Si vero nõ aliqd vtilium egrediat̃ p hec loca: malum eſt. xlviij.

In nõ deficiẽtibus febribus: ſi q̃dã extra frigida fuerit: q̃ vero intus ardeant ⁊ ſitim habeat mortale eſt. xlix.

In nõ deficiẽtibus vero febribus ſi labium aut oculus aut ſupercilium: aut naſus diſtorqueatur: aut non videat: aut non audiat. Iam debili exiſtente corpore: quodcũq; horum fiat prope mors eſt. l.

Vbi febre non deficiente diſnia ſuperuenerit: ⁊ deſipientia mortale eſt. lj.

In febribus apoſtema non ſolutum ad primas criſes: longitudinem egritudinis ſignificat. lij.

Quibuſcunq; in febribus aut in alijs egritudinibus volũtarie oculi lachrymantur nihil inconueniens. Quibuſcunq; vero non ſm voluntatẽ inconueniens. liij.

Quibus in dentibus in febribus limoſitates fiunt: fortiores ⁊ diuturniores fiunt febres. liiij.

Quibus plerūqꝫ tuſſes ſicce ⁊ modice prouocate in febribus ⁊ vrentibus: non valde ſitientes ſunt. lv.

In bubonib⁹ febres facte oēs male: exceptis ephimeris. lvj.

Febricitāti ſudor ſupueniēs nō deficiēte febre: malū: plōgatur.n.morbus: ⁊ humorē plurimū ſignificat. lvij.

A Spaſmo ⁊ thetano habito/ febris ſuperueniens ſoluit egritudinem. lviij.

A cauſone habito/ rigore ſupueniēte ſolutio fit. lix.

Tertiana vera/ ſi non iudicatur in ſeptem periodis: longiſſima erit. lx.

Quibuſcūqꝫ aures in febrib⁹ ſurdeſcūt: ſanguis ex narib⁹ fluens/ aut vēter turbat/ ſoluit egritudinē. lxj.

Que iudicantur in paribus diebus diſcrita ſunt: ⁊ amica conuerſionis. lxij.

Quibuſcunqꝫ in febribus quottidie rigores fiunt: quottidie febres ſoluuntur. lxiij.

Quibuſcūqꝫ in febribus hyctericia ſuperuenerit: an ſeptimum: diem/ malum: lxiiij.

Quibuſcūqꝫ in febribus in.vij.aut nono: aut.xj. aut. xiiij. die hyctericia ſupuenerit bonū: ſi non dextrum hypocundrium durū fiat: ſi vo fit: non bonum. lxv.

In febribus circa ventrē cauma forte ⁊ cordis morſus: malum. lxvj.

In febribus ex ſōnis timores: aut ſpaſmi: malū. lxvij.

In febribus ſpiritus offendens malum: ſpaſmum enim ſignificat. lxviij.

In febribus acutis ſpaſmi: ⁊ circa viſcera dolores fortes: malum. lxix.

Quibus vrine groſſe: globoſe: pauce/ nō ſine febribus multitudo veniēs: ex his tenuis/ iuuat/ maxime vo talia veniunt: qbus ex pricipio aut celerius hypoſtāſes fiūt. lxx.

Quibus vrine in febribus cōturbate ⁊ cōuerſe velut ſubiugaliū: his capitis dolores: aut adſūt: aut aderūt. lxxj.

Quibus in ſeptima terminātur his rubeam habet quarta dies vrinā rubeam/ vel al[illegible] rationem. lxxij.

Quibus vrine limpide aut albe male: maxime ſi in freneticis appareant. lxxiij.

Quibus hypocūdria ſuſpēſa ſūt ⁊ ſubrugiētia/ ubi dolore ſupueniēte: vētres his hūectanť: ſi nō vētoſitates erūpāt: aut vrīe multitudo ſupuēiat: i febrib⁹ vo fiūt hec. lxxiiij

Quibus ſpes ad articulos apoſtema cõuerti cruet ab apo
ſtemate vrina groſſa ⁊ multa ⁊ alba facta velut ĩ laborio
ſis febrib⁹. Et maxĩe ſi quartanis q̃buſdã incipit fieri. Si vͦ ſã
guis ex narib⁹ fluat valde ⁊ celeriter ſoluit. lxxv.

Si ſanguinem: aut pus minxerit: renum aut veſice vlcera
tionem ſignificat. lxxvj.

Quibuſcunq; in vrina groſſa: quaſi carnium iruſtra: vel ſicut
pili ſunt: his de renibus exeunt. lxxvij.

Quibus in vrina pingui exiſtente furfura minguntur: his ve
ſica ſtabit. lxxviij.

Quicunq; ſanguinem ſponte mingunt: his de renibus vene
rupturam ſignificat. lxxix.

Quibuſcunq; in vrinis harenoſa ſubſtant ſedimina: his veſi
ca: aut a renes: litbiaſin habent. lxxx.

Si ſanguinem mingunt: aut trõbos ⁊ ſtrangurriã habẽt: ⁊ do
lor incidit in pectinem: ⁊ ſub ventre: ⁊ perithoneon circa veſi
cam dolorem ſignificat. lxxxj.

Si ſanguinem aut pus mingunt: aut ſcamas: ⁊ odor grauis:
veſice vlcerationem ſignificat. lxxxij.

Quibus in vrinali via puſtule naſcuntur: ſanie facta ⁊ erupta
ſolutio fit morbi. lxxxiij.

Vrina multa facta noctu: modicũ ſeceſſũ ſignificat ⁊ ecõuerſo.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipit quintus liber aphoriſmoꝝ domini Hypocratis.

Spaſmus ex helleboro mor
tale. ij.

In vulnere ſpaſm⁹ ſupueniẽs mortale. iij.

Sanguine multo fluente: ſpaſmus innatus aut ſingultus
malum. iiij.

Spaſmus ĩnat⁹ ⁊ ſingult⁹ poſt nimiã inanitionẽ malũ. v.

In immoderata purgatione ſpaſmus aut ſingultus in
natus: malum. vj.

Si inebriatus aliq̃s repente ſine voce fiat: ſpaſmo innato mo
ritur: ſi non febris acceperit eum: aut ante horam ſm̃ quam
crapule ſoluuntur locutus fuerit. vij.

Quicunq; a tetano apprehendunt in quattuor diebus mori
untur. Si vͦ hos effugerint: ſalui fiunt. viij.

Epilepſie quibus ante iuuentutem naſcuntur mutationem habent: quibus vo poſt vigeſimumquintum annũ commoꝛiuntur vt plurimum. ix.

Quicunq; pleuretici facti in .xiiij. diebus non purgantur: his in empima tranſeunt. x.

Ptiſis fit maxime in etatibus a .xviij. annis vſq; ad .xxv. annum. xj.

Quicunq; ſquinantiam effugiunt: ⁊ ad pulmonem eis conuertitur in ſeptem diebus moꝛiuntur. Si vo hos effugerint: empici fiunt. xij.

Qui a ptiſi moleſtãtur ſi ſputum qualecunq; expuunt graue fetet ſuper carbones effuſum ⁊ capilli a capite defluunt moꝛtale. xiij.

Quibuſcũq; ptiſicis capilli defluunt: dyarria ſuperueniente: moꝛiuntur. xiiij.

Quicunq; ſanguinem ſpumoſum expuunt: his ex pulmone eductio fit. xv.

Ptiſi habito dyarria ſuperueniente moꝛtale. xvj.

Quicunq; ex pleuretide empici fiũt: ſi purgent in .xl. dieb⁹ a q̃ die ruptura fit geſcũt: ſi vo nõ in ptiſim trãſeunt. xvij.

Calidum nocet hoc frequenter vtentibus. Carnium effeminationem facit: neruoꝛum incontinentiam: mẽtis ſtupoꝛem. Fluxum ſanguinis: ⁊ defectiones ſpiritus: quibuſdam vo ⁊ moꝛs ſequitur. xviij.

Frigidum vo ſpaſmos ⁊ tetanos ⁊ nigroꝛes ⁊ febꝛium rigoꝛes. xix.

Frigidum inimicum neruis: oſſibus dentibus cerebꝛo: ſpinalis medule. Calidum vo vtile ⁊ amicum. xx.

Quecunq; infrigidata ſunt recalefacere opoꝛtet: exceptis quibuſcunq; ſanguinem manare futurum eſt. xxj.

Ulceribus frigidũ moꝛdax: cutẽ idurat doloꝛẽ ſine ſanie facit: nigroꝛes: rigoꝛes: ſpaſmos tetanos ⁊ febꝛes. xxij.

Eſt autem vbi in tetano ſine vulnere iuuene bene carnoſo: eſtate media aque frigide multa infuſio: caloꝛis reuocationem facit: caloꝛ vo hic liberat. xxiij.

Calidum ſaniem faciens in omni vulnere maximum ſignum ad certitudinem cutem mollit: ⁊ attenuat ſine doloꝛe: rigoꝛum tetanoꝛum ⁊ ſpaſmoꝛum mitigatoꝛum eſt. Eoꝛum vero que in capite ſunt ſoluit grauedinem: ⁊ plurimum confert oſſium fracturis: magis vero denudatis. Hoꝝ autem

maxime in capite vulnera habentibus: ⁊ quecunq̧ a frigiditate oriuntur: aut vulnerantur: ⁊ herpetis vulneribus comedentibus: ano pudendo veſice: ⁊ matrici. Calidū quidē determinās ⁊ amicū. Frigidum vo cōtrariū: ⁊ occidens. xxiiij.

IN his vo oportet frigido vti vnde ſanguis fluere futurus eſt: nō ſup loca ſed circa ea. Et quecūq̧ flegmones: aut iſlāmatiōes in rubeū: aut ſubſanguineū colorē ſunt tēdētes ex recēti ſanguine: qm̄ veterata denigrat: ⁊ iuuat heriſipilam non vulneratam. qm̄ vulneratē nocet. xxv.

FRigida vel vt nix vel criſtallus pectori minuta: tuſſes cō mouētia ſanguinē fluere faciētia: ⁊ catarros. xxvj.

IN articulis dolores ⁊ tumores ſine vlceratione: podagram ⁊ ſpaſmum: ⁊ horum plurima frigida aqua infuſa refrigerat ⁊ attenuat ⁊ dolorē ſoluit/Stupor enim mediocris dolorem minuit. xxvij.

Aqua q̄ cito caleſit ⁊ cito īfrigidita͛ leuiſſima eſt. xxviij.

QVibuſcunq̧ bibere deſideriū eſt noctu valde ſitientibus ſi ſuper dormierint bonum. xxix.

MVliebria educit calefactio ex aromatibus. Multotiens vero ⁊ ad alia vtilis eſſet: ſi non grauedinem capitis faceret. xxx.

MVlier in vtero habens flebotomata aborſum facit: ſed magis cuius maior eſt fetus. xxxj.

MVlieri in vtero habenti ab aliqua acutarum egritudinū accipi mortale. xxxij.

MVlieri ſanguinem vomenti menſtruis ſuperuenietibus ſolutio fit. xxxiij.

MVlieri menſtruis deficientibus ſanguinem ex naribus fluere bonum eſt. xxxiiij.

MVlieri in vtero habēti: ſi venter multū fluat: periculum eſt abortiendi. xxxv.

MVlieri que a matrice moleſta͛: aut difficulter generanti: ſternutatio ſuperueniens bonum. xxxvj.

MVlieri mēſtrua habēti ſine colore ꝓprio ⁊ nō ſm̄ ſe ſemꝑ facta: purgatiōe indigere ſignificat. xxxvij.

MVlieri in vtero habenti: ſi ſubito mammille graciles fiant: abortit. xxxviij.

MVlieri in vtero habenti ſi altera mammilla gracilis fiat gemmos habenti: alterum abortiet. Et ſi quidē dextra gracilis fiat maſculū: ſi vo ſiniſtra feminam. xxxix.

Similiter que neq; pregnās neq; generauit lac habet: hu ius menſtrua defecerunt. xl.

Mulieribus quibus ad mamillas ſanguis cōuertitur: ma niam ſignificat. xlj.

Mulierem ſi vis ſcire ſi concepit: melicratū qñ dormitura eſt da bibere ei: ⁊ ſi quidem torſiones habuerit circa vētrem concepit: ſi vō non minime. xlij.

Mulier ſi quidem maſculum concepit: bene colorata eſt: ſi vō feminam: diſcolorata. xliij.

Si mulieri pgnāti heriſipilla fit in matrice: mortale. xliiij.

Que preter naturam tenues exiſtentes concipiunt: abortiunt anteq̄ groſſeſcant. xlv.

Quecunq; corpora moderate habentes abortiunt ſecundo menſe: aut tertio: ſine omni occaſione manifeſta: his quotilidones muſtilaginibus pleni ſunt: ⁊ non poſſunt pre grauedine tenere fetum: ſed abrumpuntur. xlvj.

Quecunq; exiſtentes preter naturam craſſe non concipiunt his pinguedo os matricis obturat: ⁊ priuſq̄ extenuentur non concipiunt. xlvij.

Si matrix in vertebro poſita fecerit ſaniem neceſſe eſt cōmotum fieri. xlviij.

Fetus maris quidem in dextris: femine vero in ſiniſtris magis. xlix.

Ad matricis precipitationes obtalmicum apponens apprehende os ⁊ nares. l.

Mulieri in vtero hñti tenaſmō inatꝰ abortire facit. lj.

Mulieris menſtrua ſi velis retinere ſitiam maiorem ad mamillas appone. lij.

Quecunq; in vtero hñt: his cōcludit os matricis. liij.

Mulieri in vtero habenti lac ex mamillis multum fluens: fetum ſignificat debilem. Si vero vbera dura fuerint ſanum fetum ſignificat. liiij.

Quecūq; corrupte ſūt fetus: his vbera gracilia fiunt. Si vō rurſus dura fiant. Et ſi dolor eſt in vberibus aut in vertebris: aut in genibus: aut in oculis nō corrūpunt. lv.

Quibuſcunq; os matricis durū eſt: his neceſſe eſt os matricum concludi. lvj.

Quecūq; in vtero habētes a febribus accipiunt: ⁊ fortiter calefaciuntur ſine occaſione manifeſta generāt periculoſe: ⁊ difficulter aut abortiunt periclitantes. lvij.

In fluxu muliebri ſpaſmus:⁊ animi defectio:ſi ſuperue
niat malum. lviij
Menſtruis plurimis eueniẽtibus accidũt egritudines⁊ non
venientibus a matrice accidunt egritudines. lix
In ano flegmones patiẽti:⁊ matrice flegmones habẽte:
ſtrãgurria ſuperuenit. In eptate vero flegmones patiẽ
ti:ſingultus ſuperuenit. Et in renibus habentibus ſanies ſtrã
gurria accidit. lx
Mulier ſi non conceperit:velis autem ſcire ſi concipiet:con
tegens veſtimentis ſuffumigira deorſum :⁊ ſi quidem tranſire
videatur odor per corpus ad os ⁊ nares:cognoſce quoniam
ea non ꝓpter ſe non generat. lxi
Mulieri in vtero habenti ſi purgationes exeunt:impoſſibi
le eſt fetum ſanum eſſe. lxij
Si mulier purgationes nõ exeunt neqꝫ febre neqꝫ rigore ſu
perueniente:anguſtie vero:abominationes:defectiones ani
mi ei acciderint:reputa hanc in vtero habere. lxiij
Queecunqꝫ frigidas ⁊ denſas matricis habent:non cõcipiet
Et quecunqꝫ humidas habent matrices non concipiũt:extin
guit enim in eis ſemen. Et quecunqꝫ ſiccas ⁊ magis ardentes
non concipiunt. Indigentia enim nutrimenti corrumpitur ſe
mẽ. Et quecunqꝫ ex vtriſqꝫ temperiem habent moderate.fiũt
huiuſmodi generantes:anxietates:abominatio. lxiiij
Similiter ⁊ in maribus:aut enim propter raritatem corporis
ſpiritus extra fertur vt non incidat ſemen:aut propter debi
litatem humidum diffunditur extra. Aut ꝓpter frigidum nõ
calefit:ita vt congregetur ad hunc locum:aut ꝓpter calidita
tem ipſum hoc fit. lxv
Lac dare caput dolentibus malum eſt. Malum vero ⁊
febricitantibus:⁊ quibuſcũqꝫ hypocondria ſuſpenſa ru
giunt:⁊ ſiticuloſis. Malum vero quibus fellei ſeceſſus : ⁊ in
acutis febribus:⁊ in quibus ſanguinis multa egeſtio facta eſt.
Conuenit vero ptiſicis non valde febricitãtibus. Dare vero
⁊ in febribus longis nullo predictorum ſignorum pſente:⁊ extra
rationem tabefactis. lxvi
Quibus tumores in vulnerib⁹ apparent non valde ſpaſmã
tur neqꝫ inſaniunt:his uero non apparentibus repente qui
bus quidem retro ſpaſmi ⁊ tetani fiunt. Quibus uero in prio
ri parte:mania ⁊ dolor lateris acutus:aut empima:aut diſſen
teria ſi rubei fiunt tumores lxvij

Si in vulneribus malis ⁊ fortibus exiſtentibus tumor nō appareat: magnum malum: laxa bona: cruda mala. lxviij

Poſteriora capitis dolenti in fronte recta vena inciſa iuuat. lxix

Rigores mulieribus incipiūt ex lombis magis: ⁊ per dorſum ad caput: ⁊ viris retro magis ꝙ̄ in priori parte corporis: uelut cubitorum: coxarum: ⁊ propter cutem raram: declarat uero pilus. lxx

A quartanis habiti non valde a ſpaſmis apprehendunt: ſi vō apprehendunt prius ⁊ ſuperueniat quartana: ſoluunt. lxxi

Quibus circuntēdit cutis dura ⁊ ſicca ſine ſudore finiēt. Quibus uero laxa ⁊ rara cum ſudore finient. lxxij

Icterici non valde fiunt inflati.

Incipit ſextus liber aphoriſmorum.

In diuturnis lienterijs opiremia ſuperueniens prius non exiſtens bonū ſignum. ij

Quibus nares humide naturaliter ⁊ ſemē humidum cito infirmantur. Quibus vero contraria ſalubrius. iij

In diuturnis diſſinterijs abſtinentia malum: ⁊ cum febre peius. iiij

Circūfluētia vlcera male cōſuetudinis: malum. v

Dolores in laterib⁹ ⁊ pectoribus ⁊ in alijs corpis ptib⁹ ſi multū differūt ad diſcernendum: mali ſunt. vi

Nefretici ⁊ circa veſicā dolores: laborioſe ſanāt in ſenib⁹. vij

Dolores ⁊ tumores ſm ventrem exiſtētes. Superiores qdem leuiores. Inferiores fortiores. viij

Hydropici: que vulnera in corpe naſcunt: nō facile ſanant. ix

Late puſtule nō valde prurigmoſe ſunt. x

Caput dolenti vel circūdolēti: ſanies aut aqua aut ſanguis defluens ſm aures ⁊ nares ſoluūt egritudines. xi

Melancolicis ⁊ freneticis emorroydes innate bonum. xij

Emorroydas ſananti antiquas ſi nō vna fuerit relicta: periculū eſt fieri hydropē: aut ptiſim: aut maniā. xiij

A Singultu habito: ſternutatio ſuperueniēs ſoluit egritudinem. xiiij

AB hydrope habito: ſm venas in ventrem aqua fluente ſolutio fit. xv

A Dyarria habito diuturna: ſpontaneus vomitus ſupueniens ſoluit egritudinem. xvj

A pleuretide habito ꝛ periplemonia: dyarria ſuperueniens malum. xvij

In oculis patiẽtem dyarria accipi: bonum. xviij

Veſicam inciſam aut cerebꝛū: aut coꝛ: aut dyafragma: aut epar: aut ventrem: aut renes: aut inteſtinoꝛum aliquod gracilium moꝛtale. xix

Quando inciſuꝫ fuerit os: aut cartillago: aut neruus: aut maxille tenues: aut pꝛeputium: neqꝫ creſcit neqꝫ conglutinatur. xx

Si in ventreꝫ ſanguis fluat pꝛeter naturam: neceſſe eſt in ſaniem conuerti. xxi

Maniacis emoꝛoidibus aut varicibus innatis: manie ſolutio fit. xxij

Quibuſcunqꝫ doloꝛes a doꝛſo in cubitos tranſeunt: flebotomia ſoluit. xxiij

Si timoꝛ ꝛ puſillanimitas multū habeant tempus habẽtem melancolicum perficit. xxiiij

Inteſtinoꝛum ſi incidantur aliquod gracilium: non conglutinatur. xxv

Eriſipillam extrinſecus factā: intus conuerti non bonū: intrinſecus vero extra bonum. xxvi

Quibuſcūqꝫ in cauſione tremoꝛes fiūt: alienatio ſoluit. xxvij

Quicunqꝫ empici aut hydropiſi vꝛuntur: aut inciduntur: his effluente ſanie: aut aqua multa ꝛ repente: omnino pereunt. xxviij

Eunuchi nō podagrizant: neqꝫ calui fiunt. xxix

Mulier nō podagrizat: ſi mēſtrua nō defecerūt in ea. xxx

Puer nō podagrizat ante affrodiſiam. xxxi

Doloꝛes oculoꝛū meri potio aut lauacrum aut pyꝛia aut flebotomia aut farmacia ſoluit. xxxij

Traulli a dyarria maxime capiunt longa. xxxiij

Acide ru tuātes non valde pleuretici fiunt. xxxiiij

Quicunqꝫ calui fiunt his varices nō naſcunt magne. Quibuſcūqꝫ vo innaſcunt: ꝛurſus capillati fiunt. xxxv

Hydropicis tuſſis ſupueniens malum. Pꝛeexiſtens vero ſine malo. xxxvi

Diſſuriam flebotomia ſoluit. Incidere vero venam que intus in talo eſt. xxxvij

Squinante habito tumoré fieri in gutture bonũ. Extra enim conuertit morbus. xxxviij

Quibuſcunq; abſconditi cancri fiunt: non curare melius eſt. Curati enim pereunt citius. Non curati multum tẽpus perficiunt. xxxix

Spaſmꝰ fit ex plenitudine aut euacuatiõe. Ita ſingultus. xl

Quibuſcunq; dolor circa hypocundria ſine flegmone: his ſupueniés febris ſoluit dolorem. xli

Quibuſcũq; ſanies facta in corpore non manifeſtat his ꝓpter ſpiſſitudiné ſaniei aut loci groſſicié nõ manifeſtat. lxij

Ictericijs ſi epar durum fiat: malum. xliij

Quicunq; ſplenetici a diſſinteria capiuntur: his ſuperue- niente longa diſſinteria hydrops naſcitur: aut lienteria ⁊ pereunt. xliiij

Quibuſcunq; ex ſtrangurria yleos innaſcitur: hi in ſe- ptem diebus pereunt. Si non febre ſuperueniente mul ta vrina fluxerit. xlv

Vlnera quecũq; annua fuerint vel lõgius tẽpus hñt: os neceſſe eſt emitti: ⁊ cicatrices fieri cõcauas. xlvi

Quibuſcunq; gibbi ex aſmate fiunt aut tuſſiante iuuentu tem pereunt. xlvij

Quibuſcunq; flebotomia aut farmatia cõfert: hos vere flebo tomare aut farmatiã dare cõuenit. xlviij

Spleneticis ſupueniens diſſenteria bonum. xlix

Quibuſcũq; tumores podagrici fiunt: in quadraginta diebus de feruescentes reſident. l

Quibuſcunq; cerebrum ſurſum concutitur: neceſſe eſt febrem ⁊ fellis vomitum ſupuenire. li

Quibuſcunq; ſanis dolores repente fiunt in capite. Et conti- non ſine voce fiunt ⁊ ſtertunt: pereunt in ſeptem diebus: ſi non eos accipiat febris. lij

Attendere opꝫ ⁊ iudicium oculoꝝ in ſomnis. Si eni qd albi appareat cõmiſſis palpebris: nõ ex dyarria exiſtẽte aut farma tie potiõe malũ ſignũ: ⁊ mortale valde. liij

Recipiente cum riſu quidem facte ſecuriores. Cum triſti tia vero moleſte. liiij

In acutis paſſiõibꝰ cũ febre luctuoſa ſuſpiria malum. lv

Podagrica. ⁊ maniaca vere ⁊ autũno mouent vt i pluribꝰ. lvi

IN melancolicis egritudinib⁹ periculoſe eruptiões aut apoplexiā aut epilepſiaȝ aut ſpaſmū aut cecitatē: aut maniam ſignificat. lvij

Apopletici maxime fiunt etatib⁹ a quadraginta ānis: vſqȝ ad ſexaginta: vel ſeptuaginta. lviij

Si omētū erumperit neceſſe eſt putrefieri. lix

Quibuſcunqȝ a ſciatica moleſtatis uertebꝛū reſilit foꝛas ⁊ curſus icidat in locū ſuū: his muſcillagines facte ſunt. lx

Quibuſcūqȝ a ſciatica moleſtatis vertebꝛum reſilit foꝛas: his tabeſcit crus ⁊ claudicant ſi nō vrant

Incipit ſeptimus liber Aphoꝛiſmoꝛum. j

IN acutis moꝛbis frigiditas extremitatū malum: in oſſe egrotanti caro liuida: malum. ij

In vomitu ſingult⁹: ⁊ oculi rubei malum. iij

In ſudoꝛe rigoꝛ malum. iiij

In mania diſſenteria: aut hydrops aut extaſis bonuȝ. v

IN egritudine diuturna: abſtinentia ⁊ egeſtiones colericee malum. vi

Ex multa potatione rigoꝛ ⁊ decipientia malū. vij

Ex apoſtematis intus ruptura: diſſolutio: vomitus: ⁊ defectio animi fit. viij

In ſanguinis fluxu deſcipiētia: aut ſpaſmus malum. ix

In yleon vomit⁹: ſingult⁹: ſpaſm⁹: ⁊ deſcipiēta malū. x

In pleuretide periplemonia malum. xi

In periplemonia freneſis malum. xij

In vulnerib⁹ foꝛtib⁹: ſpaſmus: aut tetanus malū. xiij

In pcuſſione in capite ſtupoꝛ aut deſcipientia malū.

In ſanguinis ſputo: ſaniei ſputum malum. xiiij

IN ſaniei ſputo ptiſis: ⁊ fluxus: malū. vbi vero ſaliua tenetur: moriuntur. xv

In flegmone epatis ſingultus: malū. xvi

In vigilia ſpaſmus aut deſcipientia malum. xvij

In oſſis denudatione heriſipilla: malum. xviij

In heriſipilla putredo aut ſanies: malum. xix

In litargico tremoꝛ malum. xx

In foꝛti pulſu in vulneribus in moꝛoſagia malum. xxi

In dolore diuturno circa ventrē ſanies malum. xxij
In colerico ſeceſſu diſinteria malum. xxiij
IN oſſis fractura deſcipientia ſi in vacuum acceperit malum. xxiiij
In farmatie potione ſpaſinus moꝛtalis. xxv
IN doloꝛe foꝛti circa uentrem frigiditas extremitatū malum. xxvi
In vtero habenti tenaſmus ſupueniēs aboꝛtit. xxvij
Quibuſcunqꝫ os:aut cartillago inciſum fuerit in coꝛpoꝛe: nō augetur. xxviij
SI ab albo flegmate habito dyaria ſupuenerit foꝛtis ſoluit egritudinem. xxix
Quibuſcunqꝫ ſpumoſe egeſtiones in dyarria:his a capite flegma defluit. xxx
Quibuſcunqꝫ in febꝛibus in vrinis criniodes hypoſtaſes fiūt:longam egritudinem ſignificat. xxxi
Quibuſcunqꝫ colerice hypoſtaſes fiūt ſupius uero tenues acutā egritudinem ſignificat. xxxij
Quibuſcunqꝫ vrine diſtantes fiunt:his in coꝛpoꝛe turbatio fit foꝛtis. xxxiij
Quibuſcunqꝫ in vrinis ampulle ſupnatant:nefreticam ſignificant:⁊ longā egritudinem.foꝛe. xxxiiij
Quibuſcūqꝫ piguis hypoſtaſis ⁊ conglobata:hiſ nefreticā ⁊ acutam egritudinem foꝛe. xxxv.
Quibuſcunqꝫ nefreticis exiſtentibus pꝛedicta ſigna accidunt: ⁊ doloꝛes acuti circa muſculos ſpinales fiunt:ſi quidem circa extrinſecos locos fuerint:apoſtema futurum expecta extrinſecus.Si vͦo doloꝛes magis circa interioꝛes locos apoſtema futurum expecta magis intus. xxxvj.
Quicunqꝫ ſanguinem vomūt:ſiquidem ſine febꝛibus ſalubꝛe. Curatur vͦo ſtipticis:⁊ infrigidantibus.Si vero ex febꝛe perniciosum eſt. xxxvij.
QAtarri in ſuperioꝛi ventre:in ſaniē conuertuntur in viginti diebus. xxxviij
Si ſanguinē ⁊ trombos mīgit ⁊ ſtrangurriaꝫ hꝫ:⁊ doloꝛ incidit in peritoneon:⁊ ſub uentrem ⁊ pectinem ea que circa ueſicam ſunt egrotare ſignificat. xxxix
Si lingua intemperata repente fiat:aut apoplecticuꝫ aliqd coꝛpoꝛis:vel melancolicum:huiuſmodi efficit. xl
Si ſup purgato ſeniori ſingultus ſupueniat:nō bonū. xli

Si febris non a colera habeat: aqua multa calida infuſa a capite ſolutio fit febris. xlij

Mulier vtraſq; dextras habens non fit. xliij

Quecunq; empici vrunt aut inciduntur: ſiquidem ſanies pura fluxerit & alba euadunt: ſi vero ſenulenta & male olens pereunt. xliiij

Quecunq; in epate ꝓpter ſaniem vrunt: ſi qdem ſanies pura fluxerit & alba euadunt. In tunica eni illius ſanies eſt. Si vero velut amurca fluxerit pereunt. xlv

Oculorum dolores: meri potio: & lauacrum: & fleboto-mia: ſoluit. xlvi

Hydropicus ſi tuſſim habeat: deſperatus fit. xlvij

Strāgurriā & diſſuriā. vini potio & flebotomia ſoluit: īcedere vero venā que intus in talo eſt. Bonum. xlviij

Squinantie habito tumor & rubor in pectore ſupueniens bonum: foras enim conuertit egritudo. xlix

Quicunq; ſpachillon in cerebro patiunt in tribus dieb⁹ pere-unt. Si vero hos effugerint: ſani fiunt. l

Sternutatio fit a capite ex cerebro calefacto & hūectato: qđ eſt in capite vacuo: aere deſcendente in illud vacuū & faciēte ſonitum: qm̄ exitus eſt ei per anguſtum. li

Quicunq; circa epar dolent: his febris ſuperueniens: ſol-uit egritudinem. lij

Quibuſcunq; conuenit ſanguinem auferre ex venis: hos op; flobotomare in vere. liij

Quibuſcunq; inter renes & ventrē flegma cōcludit. & dolorē pſtat non habens exitum in neutrū ventrium: his ſm venas in veſicam ꝯuerſo flegmate ſolutio fit morbi. liiij

Quibuſcūq; epar aqua impletū in omentu; erupit his aqua venter impletur: & moriunt. lv

Alices: oſcitationes: rigores: vinum menſurate bibitum ſoluit egritudinem. lvi

Quibuſcunq; cerebrū motu; fuerit ab aliqua actione: neceſſe fieri ſine voce ſtatim. lvij

Corporib⁹ humidas carnes habentib⁹: famē adhibere cō-uenit: fames enim deſiccat corpora. lviij

Si a febre habito tumore nō exiſtēte in collo ſuffocatio repē-te innaſcit vt deglutire nō poſſit: mortale. lix

Si a febre habito torqueat collū vt deglutire nō poſſit & trāſ-glutiēdo anguſtiet ſine tumore manifeſto mortale. lx

Si a febre

SI a febre habito: tumore non exiſtente in faucibus ſuffocatio repente venerit mortale. Si a febre habito collum conuertatur ita vt vix deglutire poſſit: tumore non exiſtente in collo mortale. lxi.

Sudore multo frigido calido ſupfluēte. Opʒ mitti hūiditatē a corpibus fortibꝰ ſupius: debilibꝰ vo̍ inferius. lxii.

FEbres quecunqʒ non deficientes: tertia die ſunt fortiores ⁊ periculoſe. Quecunqʒ vo̍ ſic defecerint: ſignificat: quoniam non periculoſe. lxiii.

Quibus febres longe his puſtule diuturne: aut in articulis dolores fiunt. lxiiii.

Quibuſcūqʒ ex febribꝰ aut puſtule diuturne: aut in articulis dolores fuerint: hii amplioribꝰ cibis vtunſ. lxv.

QUibus quem accipiunt febricitantes ſanis eſt virtus: infirmis vo̍ morbus. lxvi.

PRemiſſis aliquibus exeuntibus nō motis: ſed quaſi raſura inteſtini ſupnatauerit parua: puus eſt morbus. Si multa: multus: hoꝝ vo̍ multa neceſſaria eſt ventris ſolutio. Si vo̍ venter nō modificabitur: ſed potius iuſcula dabuntur: quanto magis dabis: tanto magis plus peiorabitur.

¶ Expliciunt aphoriſmi domini Hypocratis. Et ſequuntur pronoſtica eiuſdem.

¶ Incipit primus liber pronoſticorum.

OMnis q medicine artis ſtudio ſeu gloriam ſeu delectabilem amicorum copiam conſequi deſiderat: adeo prudentum regulis rationem ſuam muniat. ii

Vt in ſingulis valitudinibus pterita: pntia ⁊ futura cognoſcat Et egro reuellet que de ſeipſo eger minime pſenſerat. Si enī ſe p eum cognoſcat: totū ſe illi certius cōmittit. iii.

Finiſqʒ medicine laudabilis exiſtit: cum actor futura in ſingulis ppēdit: q̄uis omnes minime curare poſſit. iiii.

QVod ſi poſſet: iam non futuri preuiſor: ſed diuinis prophetis diceretur nobilior. v.

VErum quia vi ⁊ acumine egritudinis hunc repente mori ſubito contingit. Alium vo̍ medicine apparatus pre

oēs curāe nō p̄t m͠9

venit:ꝛ vix diecula vite adijcit. vj.
Intereſt artificis vt vires egri atq₃ egritudis bñ ꝑpẽdat vij
Eſt etiam quoddam celeſte:in quo oportet ipſum medicum preuidere:cuius ſi tanta ſit prudentia:mirabilis eſt nimiumq₃ ſtupenda. Nonne illius eſt vt futurum periculum vel omnino ꝓhibeat:vel competenti adminiculo tolerabili⁹ fiat. Et ſi morituro finem. Alij vo ſalutem pronunciet. Nunqd accuſationem in altero meretur. viij.
Oportet ergo te circa acutas egritudines ſollicitum fieri. Primo etenim faciem egri pernotabis. Vtrum ſit ſimilis ſano. Et etiam ſi ſibi ſano ſimilis ſit:quod optimum eſt. Si vo contrarium peſſimum eſt. ix.
Vt ſi nares acute. x.
Oculi cócaui:tépora plana:aures frigide ꝛ contracte: ꝛ pulpe earum inuerſe. Frós arida ꝛ tenſa:ꝛ totus faciei color viridis ſeu niger aut pallidus ſiue plumbeus. xj.
Que ſi ſic fuerint in pricipio egritudinis. Opꝫ íquiri an vigilie ꝓceſſerint:aut vētris ſolutiones: aut ieiunij labores pu⁹aſſuerint. Et ſi aliqd hoꝝ cognoueris ꝓceſſiſſe :min⁹ periculoſũ vereberis. Quod ſi die ac nocte ꝓcedétib⁹ qcq̄ horũ ſubſtinuerint:non multũ periculoſũ ſperabis. Si vo nihil hoꝝ cognoueris Mortis ſignũ ſperabis. xij.
Et ſi huiuſmodi egritudo triduana fuerit⁹q preceſſerũt labores:nõ minus pſcrutaberis:ꝛ oĩa que ſunt inquirēda circa corpus ꝑquirere debes:etiá circa oculos. xiij.
Et ſi lumen effugerint/nolenteſq₃ lachrymas effuderint Atq₃ foras tanq̄ in ſuffocato ꝓminuerint:aut alter altero minor apparuerit. Et alba eorum in ſanguinea commutata fuerit:ꝛ tanq̄ vene nigrioris vel palloris itus in ſe fuerint:ꝛ lipitudinem habeat ꝛ inſtabiles : aut tremuli fuerint. Aut extra nimis extiterint:aut intus multum delituerint : ꝛ tota facies horribilis apparuerit:hec omnia ꝑiculoſa ꝛ mortalia iudicabis. xiiij.
Oportet etiam te videre quid de oculis in ſomno videatur:ſi eni ſola alba videātur ſubcluſis palpebris:nec ſolutio:aut per ſe aut per catarticum preceſſerit:neq₃ ex cóſuetudine hoc euenerit:mortis ſigna timebis. xv.
Et ſi palpebre inuerſe fuerint:aut liuide:ſiue labra ſimiliter fuerit liuida:aut nares diſtorte:his ſignis ſiue ſolis ſiue cum predictis:mortem ꝓximam iudicabis. xvj.

BOnum eſt egrum inuenire iacenteꝫ in latere dextro:aut ſiniſtro:⁊ manus ⁊ pedes ⁊ ceruicem nō:vt in ſpaſmo diſtenſa. Et totum corpus in ſua poſitione flexibile:⁊ minime rigidū que habitudo ſanis eſt familiaris ⁊ amica:⁊ iacere in modum ſani eſt melius. xvij.

Quia non eſt ſignum laudabile egrum ſupino corpore iacere:brachijs rigidis ⁊ pedibus. xviij.

Et ſi repente ſe a capite lecti ad pedes iactauerit:malum non eſſe dubitabis. xix.

Et ſi pedes nudos ⁊ tepidos inueneris. Et inordinate cum labore ceruicem atq; pedes iactauerit:eſt peſſimuꝫ ⁊ anguſtie ſignum. xx.

Et ſi eger iacuerit deiecta ceruice ⁊ aperto ore. xxj.

Et reiecta ceruice:pedibuſq; tortis. xxij

Et ſi ſup ventrem preter ſolitū iacuerit malum eſt:⁊ alienationem ſignificat ſiue dolorem ventris. xxiij.

Et ſi in augmēto egritudinis repēte ſurgēs ſteterit:malū in oī acuta egritudine:⁊ peſſimū eſt in periplemonia. xxiiij.

Frendere dentibus in febribus preter ſolitū:neq; a puericia mortem vel maniam ſignificat:ꝙ ſi frendeat cū inſania:mors ſequitur vicina. xxv.

Si in egro corpore fuerit antrax aut carbūculus:ſiue preceſſerit ſiue egritudini ſupuenerit : opus eſt attendere. Quod ſi exiccatus fuerit ⁊ colorē viridē vel citrinum vel liuidum pertulerit:mortem dicit proximam. xxvj.

Manuum mobilitatis ſigna ſic pernotabis in febre acuta in periplemonia:⁊ in freneſi non vera:⁊ in capitis dolore:ſi manus ad faciem tulerit:tanꝙ quidlibet poſiturus : vel quaſi collecturus aliquid hac illac queſierit: vl' de veſtib⁹ quaſi pillos euulſerit: vl' quaſi feſtucas de pariete decerpſerit:peſſimum eſt ⁊ mortale. xxvij.

Spiritus ſi frequens ſit ſignificat dolorem:⁊ ſucceſſioneꝫ in his que ſunt ſuper dyafragma. Quod ſi magnus ⁊ cū intermiſſione ſignificat alleuiationem. Et ſi idem per os ⁊ nares frigidus exierit mortale. xxviij.

Spiritus vō bonus cognoſcitur ordine ſuo proprio. Et habꝫ euidētem ſalutis oſtenſionē in acuta egritudine. Que cum febre eſt:cuius termin⁹ eſt in quadraginta diebus. xxix.

Sudor bonus ⁊ laudabilis exiſtit in omni acuta egritudine:qui in die cretica fit : ⁊ egrum liberat. Eſt autem

bonus qui fit in toto corpore: ⁊ eger ex eo ſuauior ⁊ fortior efficitur. Qui vo nihil horum fecerit: his eſt inutilis. Frigidus autem malus: peior ſi in ceruice ⁊ in capite ſolo: qui quidem in acuta febre ſignificat mortem. Cum lenta vo prolixitatem ſignificat egritudinis. xxx.

IN hypocūdrijs ſi ſine dolore fuerint: ſi molles: ſi bene compoſite: hinc ⁊ inde bonū erit. Si vo feruentes: aut dolentes: vel quodam ſpaſmo diſtente: aut inter ſe diſſimiles in his conſiderandum eſt. xxxj.

Si enim in aliqua parte earum pulſus fuerit: anguſtiam vel alienationem ſignificat. xxxij.

Oculi tamen ſunt in hac egritudine intuendi: qđ ſi velociter mobiles apparuerint: maniā ſignificat. xxxiij.

Acuta exiſtēte paſſiōe collectio ſi affuerit in hypocōdrijs cū tumore ⁊ dolore malū eſt: cum ambas cōplectitur. Si vo in altera eaꝝ que in ſiniſtra eſt. melior eſt. xxxiiij

Que collectio ſi in principio ſubitā mortē nō itulerit. xxxv.

ET ſi vſq; in diē vigeſimū pmanſerit: neq; febris deciderit: neq; dolor defecerit in pus cōuertet. xxxvj.

Soletq; huic acute egritudini infra ſeptē dies ſanguinis fluxus ex naribus vtiliter ſuperuenire. Perquirēdum eſt autem an dolor adſit fronti: ⁊ ſcotomia: que ſi affuerint: ſanguinis fluxum ex naribus nunciabis. xxxvij.

In his tamen quibus etas. xxxv. annorum eſt. xxxviij.

Apoſtemate vo molli exiſtēte ſine dolore ⁊ ſub tactu mutabili: cōtingit egritudinē terminari: in pdictis tn̄ ſepi⁹. xxxix.

QUod ſi vſq; in diē. xl. ſic manſerit febre non deficiēte: in pus cōuertetur. Et omne apoſtema circa ventrem ad hunc modum diiudicabitur. xl.

APoſtema vo ſolidum cum dolore horrendum eſt: ⁊ cito mortiferum. Quod autem molle ſine dolore ⁊ ſub tactu curſille: tardius. xlj.

Apoſtema vo circa ventrem minus colligit humorē q̄ qđ in hypocōdrijs. Minime oīum qđ ſub vmbilico ē. xlij.

ELegantius oībus ſignis ſignū eſt ſanguis effuſio ex his apoſtematibus que infāt in prenotatis locis. xliij.

Omne apoſtema diuturnū i pdictis locis i pus vtet. xliiij.

OPortet ergo te eſſe attentum in his que cū putruerūt ſm huiuſmodi diſciplinam. Quod eminet ⁊ omnino extra eſt: ⁊ intus minus eſt. ⁊ peracutum laudabile: quod vero

ſpacioſum ⁊ minime acutum peſſimum. xlv.

Eorum autem que intus crepuerunt: ſi qua quidem exterius apparent peſſimum: quorum vo nihil ſigni eſt extra meliora. xlvj.

Putredo ea laudatur: que alba eſt ⁊ equaliter per totum: neq; in ſuperficie inequalis: neq; mali odoris: que vero contraria peſſima.

¶ Incipit ſecundus liber pronoſticorum.

Omnis hydrops i acuta egritudine malum.

Infeſtatur enim febre ⁊ grauedine membrorum ⁊ dolore. Conſurgit autem ex lõbis ⁊ hylijs ⁊ epate. ij.

Conſurgens ex lombis ⁊ hylijs ſignificatur ex pedum inflatione. Et diuturna ventris effuſione: non tamen cu; defectu doloris: ſeu ventris tumoris. iij.

Cuius vo origo eſt ab epate fit cum tuſſicula: nec proijciunt quicq̄ ⁊ tument pedes: nec egerunt niſi modicum ⁊ cum anguſtia. Et circa ventrem fiunt apoſtemata: non continue extra manãtia: ſed quãdoq; veluti fugiẽtia. iiij.

Et ſi caput ⁊ plante pedum ⁊ vole manuum frigide fuerint: vẽter vo ⁊ latera ⁊ mãdibule caluerint: malum eſt. v.

Bonum eſt autem egrum ex toto calere ⁊ mollem ⁊ ſuauem conuenienter eſſe. vj.

Bonum eſt modeſte ſe habere ⁊ nõ laborioſe: ⁊ nõ repẽte eũdem latera cõmutare: ⁊ ſi ſibi leuis videat. vij.

Grauis vo ſi fuerit manus quoq; ⁊ crura ponderoſa horrendum. viij.

Quod ſi liuor admixtus viridi vnguibus: digitiſq; affuerit mortẽ aduentare non dubitabis. ix.

Et ſi color hic vngues non infecerit: licet cetera membra corripuerit: ſpei locus non deerit. Proderit vero cuncta ſigna perpendere. Quod ſi egrum ſufficiente; videris: ⁊ vna boni ſignificatio affuerit: terminus tibi promittetur cũ quolibet exteriori apoſtemate ⁊ futura ſalute: ſed palloris in predictis locis pericula non deerunt. x.

Si teſtes ⁊ vga preter ſolitum diminui cõtrahiq; apparuerit: aut minui: doloris aut mortis aduẽtũ pnũciabis. xj.

SOmnus vt moris eſt conueniens ⁊ naturalis vt noctem non effugiat: ⁊ diem non impediat laudabilis. Contrarius vero improbandus: minus tamen ſi a mane vſq; ad tertiam tenuerit. xij.

Peſſimum eſt autem non dormire: aut enim magnitudinem doloris ſignificat: aut alienationem. xiij.

Stercoris egeſtio ſi neq; exſiccata: neq; liquida omnino: ſed iuncta ⁊ hora ſolita. Signum eſt ea que ſunt ſub dyafragmate eſſe ſalubria. xiiij.

Si liquida bona eſt ſi ſine ſonitu ventoſo fuerit: nec inordinate manauerit. Si eni frequenter manat egrum maximo labore ac vigilijs afficit: ⁊ in defectum adducit. xv.

OPortet aut tale eſt ſtercus ſm quātitatē ciboꝝ aſſumptoꝝ euenire: ⁊ bis vel ter in die. In nocte vo ſemel ⁊ iam luce pxima: aut ſolito more contingere. xvj.

OPortet aut Tale eſt etiam appropinquante iā termino egritudinis idem ſtercus denſari. xvij.

Et colore ſub citrino fieri: nec in ſolidum denſare. xviij.

Bonum eſt etiam ſi lombricos admixtos habuerit. xix.

IN omni acuta egritudine ventrē nō plenū: ſed vt vacuum tractari: ⁊ nō tenuē ſed carnoſū iueniri bonū. xx.

AQuoſum vo ſtercus ⁊ liquidū ſiue album aut nimis citrinum aut ſpumoſum malum eſt. xxj.

ITem modicum ſtercus ⁊ viſcoſum ⁊ leue ſiue albū ſeu citrinum aut ſpumoſum malum. xxij.

PEſſimum autem ⁊ mortale eſt viſcoſum nigrum fetidū ⁊ viride. xxiij

VArium vero productionem ſignificat egritudinis: neq; minus ſignum eſt mortis q̄ quod loturam inteſtinorū profert: aut colorem porrorum ſiue nigrum. Contingit etiam colores iſtos ſimul euenire. xxiiij

Ventoſitas ſine ſonitu laudabilior eſt. Que vo cum ſono melior q̄ illa que intus clauditur: ſignificat tamen amentem aut dolorem laborantem: niſi ſit voluntarie. xxv.

DOlor ſub hypocōdrijs hāc ꝓprietatē habēt: ſi recēs ⁊ ſine calore fuerit. Si rugit9 ſupuenerit ⁊ cū egeſtiōe vl' vrina eruperit ſoluitur alioq̄n ad īferiora trāſmittit. xxvj

Vrina laudabilis eſt que hypoſtaſim albam ſubſidentē ⁊ equalem ⁊ continuam atq; leuem habebit. Et ſi permanens vſq; in criſim erit. Eſt enim fidelis nuncia ſalutis: ⁊ ſignificat breui

tatem egritudinis. Quod ſi modo cu; hypoſtaſi predicta: modo vo ſine ea fuerit: diuturnitatem ſignificat egritudinis: neq; omnino fidelis eſt.

Urina rubea nimis cum ſua ſimili hypoſtaſi: egritudinē magis ſuperioribus diuturnam dicit. Eſt tamen nuncia certa ⁊ fidelis ſperande ſalutis. xxviij.

Sed ſi eiuſdem hypoſtaſis furfurea fuerit mala eſt. Peſſima vo ſi ſquamoſa: alba autem ⁊ liquida ⁊ leuis mala. Peior tamen que dicta eſt furfurea. xxix.

Nebula pēdēs in vrina ſi alba bona eſt: nigra vo mala. xxx

Cū fuerit vria citria clara idigeſta: egritudinē ſignificat xxxj

Timendus ergo eſt infirmi defectus. xxxij.

Urina mortis ſignificatiua fidelis ⁊ certa eſt aquoſa: aut fetēs aut nigra: aut lutoſa. xxxiij.

In vtroq; ſexu nigra peſſima eſt: ⁊ in pueris vero aquoſa malum. xxxiiij.

Urina cruda clara ⁊ diuturna cum alijs ſignis bonis: certum eſt apoſtema futurum ſub dyafragmate. xxxv.

Craſſicies vt aranee tela ſupnatans in vrina vituperanda eſt: ſignificat enim liquari egrum. xxxvj.

Rationis vo eſt ⁊ ordinē in nebula nō negligente vtrū ſupremum aut mediū teneat locum: ſimiliter ⁊ colorem. Que eteni media eſt cū predicto colore laudabili laudabilis: ſuprema vo ⁊ nigra vituperabilis. xxxvij.

Cauendum eſt tamē: ne veſice vicio capiaris: vt quod ab ea eſt alienum diiudices. xxxviij.

Laudabilis eſt vomitus cui flegma admixtum coloribus fuerit: neq; nimis viſcoſus: quanto vero a ſimplicitate remotior tanto ſuſpectior. xxxix.

Uomitus ſi ſit ſicut ſuccus porri: aut viridis: aut plumbeus: aut niger malus eſt. xl.

Si omnibus his infectus fuerit: eſt nuncius mortis: ⁊ infirmus morti eſt contiguus. xlj.

Quod ſi vomat homo vnus omnes iſtos colores: tunc illud erit mortale valde. xlij.

Omnis odor malus in quocūq; vomitu malū eſt. xliij.

Sputu; in egritudine pulmonis ſeu coſte eſt vtile: ſi ſit velox: ſi facile ſine labore. xliiij.

Si ſub rubeum ⁊ ſano ſputo admixtum. xlv.

Si vero tardum in doloris principio: ⁊ rubeum: aut citrinu;

neqȝ ſano ſputo admixtum: ⁊ cum laborioſa tuſſi: malum nūciat. xlvj.

Et rubeū oīno moleſtū: ⁊ albū viſcoſū globoſū inutile ē xlvij

Viride ſpumoſum malum. xlviij.

Si nigrum eſt mortale eſt. xlix.

SI in pulmone coherens ſonuerit: nec quicq̄ inde exierit malum eſt. Sternutatio cū reumate in omni egritudine pulmonis ⁊ coſte malū eſt: ſiue eni illa ſternutatio p̄cedat ſiue coequa ſit egritudini malū eſt. l.

Sternutatio vō ſine reumate i oī acuta egritudīe bonū ē lj.

Sputū ſub ſanguineū clarꝫ in pulmonis valitudine in principio nullo colore turbatū ſalutē ſignificat: ſȝ ſi vſqȝ in diē ſeptimum aut amplius idē ſputū māſerit ſuſpectū eſt. lij.

OMne ſputū pſeuerāte dolorē malū eſt. Sputū nigꝝ peſſimum ē ⁊ oē ſputū cū doloris diminutiōe bonū. liij.

Omnis dolor predictoꝝ locoꝝ ſi ſupueniēte ſputo vel ſolutione vētris vel flebotomia adhibito: vel quolibet cōpetenti medicamine nō fuerit diminutus pus ibi futuꝝ denūciat liiij

Putredo colerica ſputo admixta: ⁊ ſine ſputo malū ē. lv.

Si tamen a die ſeptimo contigerit. lvj.

Mortē nāqȝ in quartodecimo nūciabis: niſi ſignū quodlibet aliud ſperāde ſalutis ad eſſe cōſideraueris. lvij.

QUod ſi huiuſmodi eſt rubor ⁊ cōſtātia egri ⁊ bonus ſpiritus ⁊ facilis piectio putredinis cū tuſſi: ⁊ equalitas totius corporis in habitudine caloris ⁊ multitudinis: nec ſitierit: ⁊ ſi vrina ⁊ ſtercus ⁊ ſudor ⁊ ſōnus bene ſe habuerit. Que ſi bene ſe ſūt habentia vitā ſūt pollicētia: ex qbus ſi plura defuerint: poſt diem. xiiij. mortē futurā pnunciabis. Et contrarium qdē quod eſt mortis ſignū huiuſmodi eſt: ſcilicet debilitas egri ſpūs anxius magnus ⁊ dēſus: dolor pmanēs: piectio cum laborioſa tuſſi: ſitis pſeuerās: corporis circa calorē ineqlitas ventris ⁊ lateꝝ calor magnus: ſed ⁊ frontis ⁊ manuum ⁊ pedum frigor. Et vrina ⁊ ſtercus ⁊ ſudor ⁊ ſomnus vt diximus ſunt minantia mortē: hec ſi p̄dicte piectioni colerice putredinis ſupuenerint: mortē futurā ante diem. xiiij. nō dubitabis: vel in. ix. vel in. xj. Ex hac ergo cōſideratione ſputū dices eſſe mortale. Et ſi vitalia mortiſqȝ ſigna cognoueris: pnoſticorū rectitudine in offenſe pgredieris. lviij.

HEc iſta ſigna ſunt laudabilia. ſ. robur: ⁊ conſiſtentia egri: ⁊ bonus ſpiritus. lix.

A Poſtemata quedam in.xx.quedam in.xl.quedaʒ in.lx. rupturam differunt. lx

Oportʒ ergo medicũ diem pͥncipij non ignorare:⁊ in qua hora corpus pͥmum habuerit calere:aut rigere:aut per infirmũ cognoſcere quando incepit in eodem loco dolere:⁊ compunctiones ſentire.hec enim ſunt prima collectionuʒ iudicia. Ex quo erunt tibi dies computandi:⁊ ⁊ inde eruptionem expectabis in pdicta tempora. lxi

Et ſi hec collectio in vno laterũ contingit:aut ambob⁹ euenerit utiliter pcunctaberis. Et ſi in altero magis caluerit dehinc iacere ſup alterum videbis. Et ſi pondus in altero ſentiat īterrogabis. Et ex hoc apoſtema ī altero latere ⁊ nõ in ambobus eſſe diiudicabis. lxij

Et ex ſignis huiuſmodi que ſunt putribilia ↄiecturabis febris enim indeficiens erit:ſed in die modica. In nocte uero magis accenſa:⁊ ſudor multus:⁊ in tuſſiendo falſa quies:⁊ oculorum reductio:atq; in eorum angulis rubor: ⁊ vnguium conſtrictio:⁊ digitorũ calefactio. Amplius tamen in eorundem digitorum ſummitatibus:⁊ in pedibus fiunt.⁊ recedunt minuta apoſtemata:faſtidium patiunt:⁊ per corpus eorum veſice naſcunt:⁊ nõ morant. Illi empici fiunt in quibus hec ſigna fiunt. lxiij

Qui vo uelocius empici fiũt:vtrũq; ex eis que dicta ſunt aliqd ↄtigerit cõſiderabis an ſpirit⁹ ſit frequẽs ⁊ ſputuʒ cũ tuſſi indeficiẽte ⁊ vtrũ eum excreare ceperit dolor fiat ampli⁹. Et in talibus rupturã ante.xx.diem expectabis. lxiiij

Et quos febris in die rupture dimiſerit eos euaſuros enunciabis:tunc ipſi cibum appetunt:⁊ non ſitiunt. Et modum atq; coniũctum eſt qd egerunt:pus qd eijciunt album eſt ⁊ leue ⁊ per totum equale ⁊ ſine labore:⁊ cum modica tuſſi ⁊ in breui ſanant. Prope hos ſunt qui proxima ſigna his ſignis habuere eorum. Quos aũt febris in apoſtematis ruptura non deſinit:⁊ quaſi furtiua poſtmodum inuaſerit:⁊ afficiunt ſiti ⁊ faſtidio cibi:⁊ egerũt molle:⁊ poſt qd iactãt liuet ⁊ viret flegmati admixtum atq; ſpumoſum:his ſignis pertractatis:perituros non dubitabis. lxv

Qui uero quedam horum ⁊ nõ omnia habuerint:eorum quideʒ moriunt:hi etiã in vita manebunt. Vtriq; tamẽ difficilem exitum conſequuntur: hi tamen tuo prouidenti iudicio diſcernuntur. lxvi

QVibus periplemonicis ſupra aurē vel infra: apoſtema contingit ⁊ putredinem fecerit: ⁊ cum crepuerit fiſtulam parit ⁊ ſic euadit. lxvij

INtereſt autem tua diligenter ſm hec pcepta perpendere qñ febris pmanet: neqȝ dolor minuit. Et ſputum eſt incōueniens: ⁊ egeſtio nō eſt colerica: neqȝ liqda: vrina modica cū hypoſtaſi plurima ⁊ alia cuncta ſigna: boni ſunt nūcia. Tūc ſub aure vt dixim⁹ apoſtema futurum expectabis. lxviij

Sepius innaſcit apoſtema hoc his qbus dolor aut calor eſt ſub hypocōdrijs. Quibus uero piplemonicis hypocondria neqȝ dolēt neqȝ calent. Et ſpūs eſt denſus ſine cauſa manifeſta: his apoſtema ſup aurem naſcitur. lxix

Apoſtema vel veſica in pede natū piplemonicis ſalutē pmittit: melius tamen ſi in pncipio ſputi pſectio ex rubeo in albū mutat: q2 his ſignis certa ſalus pmittit. Sed qd̄ reijcit nō eſt vt op3: neqȝ in vrina eſt hypoſtaſis: timēdū eſt ei membro cui ſupuenit apoſtema periculum. lxx

QVod ſi idem apoſtema euanuerit: atqȝ ſputum putredinis nō euenerit: neqȝ febris defecerit: malum eſt: ⁊ ergo amentiam mortis preuiā expectabis. lxxi

Plures ex his qui grādem ſunt: piplemonica depereunt collectione. Alij vo alijs collectionibus magis. lxxij

Acutis febribus exiſtētib⁹: ſi dolor a lombis ⁊ femoris ad dyafragma aſcēderit mortale eſt. Alijs tñ ſignis pniſis: ex quorum pluralitate ſiue paucitate dijūcabis. lxxiij

Veſica dolēs atqȝ rigida febribus nō deficiētib⁹ malum pnunciat: magis tñ cū ventris ſtrictura. lxxiiij

Sed ſi puenerit vrina ſic pus cū hypoſtaſi: dolor ſoluit. lxxv

Si vo vrina nō ſic fuerit: ⁊ veſica nō moleſcit: neqȝ febris deciderit: mors in pmo periodo aderit. lxxvi

Hec aūt morbi ſpecies amplius pueris a ſeptimo anno vſqȝ in decimumquintum euenire cōſueuit.

Incipit tertius liber pnoſticorum.

IN febribus idem termin⁹ qbuſdā ad vitam qbuſdam ad mortem. ij

Illa dies idē in qbus ex hoibus ſaluat qui ſaluat: ⁊ perijt qui perijt. iij

In qb⁹ febrib⁹ ſi cuncta ſigna bñ ꝓceſſerint: ⁊ ſpes mali in quodā nō heſerit: in die quarta aut prius terminū vite indicabis. Sed in qbus cuncta ſigna male peruenerint: neq; boni ſpes vlla affuerit: in quarta die vel ante mortē obibit. iiij

PRim⁹ ꝑiodus hoc numero ꝯtineť: ſcd̄s in ſeptimo: tertius in vndecimo: quartus in quartodecimo: quint⁹ in decimo ſeptimo: ſextus in vigeſimo. Qui numer⁹ per quaternarīū augmētādo in acuta egritudine vſq; in vigeſimum diē decurrit. neq; eſt cōputari incompleto numero dierū: queādmodū neq; anni neq; mēſes: ad quorum formā tres ſeptimanas in viginti dierum ſpacio terminamus. v

Et periodus ꝑm⁹ ex ꝑiodis earū apud hoc ꝑuenit. vi

Deinde ſm hāc rōnē augmēti euēit ꝑm⁹ ꝑiodus in vigeſimo die: ſcd̄us in quadrageſimo: ⁊ tertius in ſexageſimo. vij

Et tamen ſufficiens eſt dyaforeſin facere in ſuperficie ſi non vehemens ſit dyaphoreticum pharmacum: ſi vero ea que in in ſuperficie ſunt ſine paſſione omnino exiſtant: in profundo vero ſit pars euacuatione indigens: intendere et augere oportet dyaforetici pharmaci virtutem et caliditatem: euaneſcet enim deficiens prius quam ad profundum veniat: neque tamen ledet aliquid ea que in ſuperficie ſunt que attinget: quoniam non paſſa ſunt: itaque enim in idipſum vtraque accidunt ad calidorum ſimul et acriorum vſum medicaminum: et qui in ſuperficie conſiſtentia ſunt: et que in profundo indigentia: hanc igitur ex poſitione partis accipiamus oſtenſionem. clxv.

Dehinc vero intendamus ſi deeſt aliquid ad curationem. clxvj.

Videtur autem deeſſe non parum: ipſorum enim membrorum in quibus que patiuntur eſt ſuperfluitas reumatis: quedam rara et laxa et mollia ſecundum naturam ſunt: quedam vero ſpiſſa et ſtricta et dura. clxvij.

Priora igitur facile euacuantur: altera vero acrioribus indigent euacuatorijs et medicaminibus euacuantibus ea et eis que ſunt leptomera: ſi vero et ſecundum multam poſita ſunt profunditatem: amplius autem et magis indigent his: hec igitur rurſus oſtenſio altera eſt et ſubſtantia pacientis partis. clxviij.

Alia vero a plaſmatione et poſitione. clxix.

Supponatur enim ſi ita accidat in epate predictam eſſe diſpoſitionem in anguſtis finibus vaſorum conſtrictis humoribus aut conglutinoſis aut ſpiſſis: aut multis: igitur promptum eſt vti cibis et potibus extenuantibus: ſpiſſitudinem quidem primum glutinoſitatem tenuem efficere. ſecundo vero non per inuiſibiles vias et anguſtas ſolum vt in alijs partibus: ſed per poros et per venas amplas euacuare: ampliſſime vero ſunt ſecundum epar vene: quemadmodum et plurime finiuntur: hee quidem in gilbis ad kilim: hee vero in chimis ad pilam. Itaque iam tibi facillimum in quibuſcunque fuerint conſtrictiones euacuare prompte eas trahenti quidem in ventrem per trahentia medicamina quicunque humorum conſtricti erant ſecundum eas que in chimis ſunt venarum: ad vrinas vero conuertenti per kilin venam quecunque ſecundum eas que in eas ſunt venas. clxx.

Altera vero conſideratio in his que predicte ſunt oſtenſionibus ab epate quaſi a principio venarum: quoniam vero non ſeipſum ſolum quemadmodum plurime animalis partes regere natum eſt: ſed immittit ſuam virtutem venis opicu-

lum enim eſt ſi diſſoluamus eius virtutem eubrocis ⁊ capta plaſmatibus caluſticis:⁊ ipſum principium debilitare circa operationem ⁊ imbecilles omnes venas efficere. vnde admi⁄ ſceri oportet ſtipticorum aliquid pharmacorum in curationi bus eius. clxxi

Sed quoniã eſt in ꝓfundo periculum eſt diſſolui ſtiptici vtu tem ſi non reducat̃ ab aliqua ſubſtantia leptoneri qua⁄ le aromatum eſt:melius vero ſi ipſum ſtipticum pharmacum ſtatim ſit ⁊ aromaticũ:incitas enim duas habẽs qualitates ⁊ vtutes fortius opabitur. clxxij

IGitur euacuet̃ quod quidẽ pter naturam in partẽ illa⁄ tum eſt vt habeat contẽpantiam humorum:ſecundum naturam:conſiderandũ igitur nobis in hoc ne aliquid a reu matis qualitate immutatum ſit ſcḋm craſin ꝛ ſi igitur magis erit flegmaticum infrigidatum eſt:ſi vo eſt magis colericum calefactum eſt:vt ⁊ hanc eius diſtemperantiam ſanantes per⁄ fecte ſanum relinquamus illud:ſanabimus vo contrariaꝫ ad ducẽtes qualitatum:queadmodum in diſtempantiarum di⁄ ctum eſt curationibus. clxxiij

IN quãtum vo vnũquodqꝫ factum eſt calidius intãtum infrigidãtes itaqꝫ hic rurſus neceſſarium eſt ſcire eam que ſm nãm eucraſiam eius. quomodo enim ſciemus q̃tum ab eo qḋ ſm nãm eſt frigidius:aut calidius:aut quãdo infrigi dantes ceſſabimus:non cognoſcẽtes modum eius que ſcḋm nãm caliditatis:ita vo:⁊ ſi frigidius factum eſt calefaciamꝰ nõ cognoſcẽtes modum eius que ſm nãm frigiditatis impoſſibi le eſt nobis neqꝫ calefaciẽdi inuenire medicamẽ ꝯueniẽter:ne qꝫ calefaciẽtes ceſſare. clxxiiij

QVoniam vero ⁊ de his ſufficiẽter dictuꝫ eſt tranſire iam tempus eſt ad ea que ſm numerum non ſcḋm naturam ſe habent. clxxv

DVplici vo exiſtẽte eorum differẽtia qbuſcunqꝫ qdẽ defi⁄ cit pticula opari hãc intẽtio eſt ſeruiẽtes videlicet natu re ſm modum quẽ pauloante diximꝰ. clxxvi

QVibus vo ſupabundat particula intẽtio eſt hanc abſcin dere ipſam aut per nouaculam:aut per ignẽ aut p phar macum cauſticum. clxxvij

Hac igit̃ rõne poſſibile eſt fere oĩa curare:gignẽ vo omnia nõ eſt poſſibile:vt in ea que de ſemine oſtẽſum eſt orõne. clxxviij

Quedam vo ⁊ ſi ea nõ poſſibile eſt gignẽ poſſibile eſt tñ aliqḋ

facere pro eis: vt in oſſe pfecte ablato alteram ſubſtantiã ſm eundem locum differentẽ ab oſſe ⁊ carne: eſt eni ſubſtantia que fit ſm locum eius vt quedam caro pooidis aut potius ſarcoidis ⁊ tpe pcedente in durius trãſmutat ſm pncipium vo ſarcoidos magis exiſtens. clxxix

Secũdũ vo quãcũqz ptez pdictã nec eandẽ ſubſtãtiã ſm ſpẽm neqz ſimilẽ opari poſſumus: tertia nobis intẽtio eſt inuenire aliq̃ cõpoſitionem vt in decorationibus. clxxx

Epichenon vo manifeſtũ eſt qm genus eſt totũ hoc eoꝝ que ſm q̃tũ. Quãtũ enim eius circa hoc quod ſcd̃m naturã eſt appropinquat illi: hoc vo quod in genere pter naturam ſeparatum eſt tantum. clxxxi

In quo qdẽ pma intẽtio eſt ablatio: ſi vo impoſſibilis eſt iſta: trãſpoſitio eſt ſcd̃a intẽtio vt in infuſionibus. clxxxij

Quecũqz vo nõ in totis ptib⁹: ſed in ptib⁹ ptiũ deficiũt: ⁊ ſupabũdãt ab eo qd̃ ſm nãm nutrimẽtũ qdẽ ⁊ gñatio in deficiẽtibus: ablatio vo ⁊ purgatio in ſupabundãtib⁹. clxxxiij

Unde nec intẽtio in eis altera nec forma medicaminum altera ſm genus. clxxxiiij

Sed ad reliquum adhuc genus veniendũ ſalubrium cauſarum qdem quod eſt correctiuum eorum que propter poſitionem lapſa ſunt corporum vt ex archimetra: ⁊ qñ labuntur inteſtina in oxeum. clxxxv

Fit aũt hoc qdem in cõtrariũ ex violentia tenſione aut ex impulſiõe: hoc vo ex raritate: aut ex ruptura cõtinẽtis. clxxxvi

Itaqz curatio qdẽ huic ex ꝯtraria tẽſione ⁊ in ꝯtrariũ ipulſione huic vo ſi fiat ſolidũ ex eo cõtinẽs. clxxxvij

Ex qb⁹ vo facultatib⁹ aliqs ea que ſunt ſm ptem inueniat per terapentice facultatis declaratũ eſt negociũ. clxxxviij

Deinde vo dicẽdũ eſt de eis quecũqz ſm priorẽ orationẽ accipiebamus: vocãt aũt ea pſeruatiue. clxxxix

Triplex vo eſt ⁊ hoꝝ ſm gen⁹ differẽtia. pma qdẽ pfecte ſani hois: ſcd̃a impfecte. Tertia vo egrotãtis. Primũ igit gen⁹ ex ſa ſalubri negocio duplex exiſtẽs vt pus dictũ: ſm vo ex pſeruatiuo: tertiũ vo ex terapentico. cxc

In humorib⁹ vo maxime hẽt ꝯſiſtẽtiã oẽ hoc genus. cxci

Quos neqz glutinoſos opz eẽ neqz ſpiſſos nec aquoſos: neqz multos: neqz calidos ãpli⁹ neqz frigidos: neqz mordaces: neqz putridos: neqz venenoſos. cxcij

Augmẽtati vo mali humores cauſe ꝯſiſtũt egritudinũ. cxciij

Augmētant̄:vo aliquādo qdē ab eadē cauſa que eos genuit:pmum eſt aūt q̄ſ ſunt nō cōmutātes eos ſibi qui ſz corpus ſunt humores. cxciiij

Intentio vero in his curationibus duplex eſt:alteratio ꝛ euacuatio. cxcv

Alterant̄ igit̄ aut digeſti ab ipſo corpore aut a quibuſdā pharmaticis virtutibus in quibus ſunt ꝛ quedaȝ virtutes que virtus venatorum animalium curāt ad hoc delynria pharmaca recipientes. cxcvi

Euacuant̄ vo ſufficiēter a calidis pharmacijs ꝛ purgationibus ꝛ cliſteribus ſudoribuſqȝ ꝛ vomitibus:hec igitur horum ſunt communes euacuationes. cxcvij

Proprie vo ex loco in quo congregati fuerint accipiunt̄ qnēadmodū in ſalubribus declaratū eſt ſm tertiū ꝛ q̄rtū:maxime nobis de laboribus tractātibꝰ ꝛ quecūqȝ adiacent alijs laboriosis diſpoſitionibus. cxcviij

Euacuant̄ enim promptius qui qdem in p̄mis venis per ventrē:qui vo in his que ſm epar per vrinas:qui vero ſunt ſm totam habitudinē per ſudorē quēadmodū ꝛ qui ſm caput aut per palatū aut per nares aut per vtraqȝ qui vo in thoracis latitudinibus purgant̄ per guttur cū tuſſibꝰ qui vo ſm renes ꝛ veſicā per vrinas. cxcix

Antipaſeos vo communis omniuȝ partium oſtenſio ad ea que longiſſima ſunt. cc

Deriuatio vo ad proxima loca. cci

Omnia igit̄ quecunqȝ curant huiuſmodi diſpoſitiones ſalubres vocant̄ cauſe. ccij

Quemadmodum ex acuentia egre. cciij

Neutre vo neqȝ ledentia neqȝ adiuuantia. cciiij

Poteſt aūt aliqs eas neqȝ cauſas appellare omnino quales ſunt multi ſophiſtarum negligentes qdem ipſarum rerum inuenire differentiam:in nominibus vo plurimū tem poris conſumētes. ccv

Dictū eſt aūt ampliꝰ in alijs negocijs aduerſus eos: p̄ſeruatiua qdem ſpecies artis talis eſt. ccvi

Reſumptiua vo ꝛ enutriēs in cōualeſcētibꝰ ex egritudinibus ꝛ ſenibus qualis vo eſt ꝛ eoꝝ diſpoſitio ꝛ a qbus cauſis maxime ad id quo ſm nām eſt reuertunt̄. ccvij

Perfecte qdem in terapentice facultatis litteris demōſtratuȝ eſt:per capitula vo dicat̄ ꝛ nunc. ccviij

SI igit̃ diſpoſitio eſt talis bonus qdem eſt ſed paucus ſanguis: ꝛ cũ eo vitalis qui appellat̃ ſpũs ꝛ aïalis: ipe vo ſoli di ptes ſicciores: ꝛ ꝑpterea vtutes earũ debiliores ꝛ infirmiores ꝛ ꝑpter has totum corpus frigidus. ccix

OCauſe vo ſalubres eã que dicta eſt corrigẽtes diſpoſitionẽ vno qdẽ capitulo vt apphẽdat̃ quecũqꝫ ꝑfectã ꝛ velocem digeſtionem operantur. Secundum partem vero immoderatis motionibus ꝛ cibis ꝛ potibus ꝛ ſomnis ſunt materie qdem motionum: ſunt ſuſpenſiones ꝛ deambulationes ꝛ fricationes ꝛ lauacra. ccx

ET ſi multum meliores adhuc fiant: ad cõſueta opa paulatim attingat. ccxi

OCibo℞ vo in ꝑncipio qdeꝫ humidi ꝛ bñ digeſtibiles ꝛ nõ frigidi: poſtea vo magis nutrientes. ccxij

POtus vo aptus vinũ eſt: etate qdem medium: forma vero purũ lucidum: in colore vo aut albũ aut ſub rubeũ ꝛ odore vero ſuaue. in guſtu vero nec aquoſuꝫ omnino nec aliquam vehementem qualitatem oſtendens: nec ſtipticam: nec amaram nec dulcem. ccxiij

DIctum eſt autem vt modo dixi in terapentica facultate amplius ſuper his.

Finis

Incipiunt aphoriſmi Joannis damaſceni.

LIberet te deus fili amãtiſſime a deuio erroris: ꝛ in via cõſeruet ꝓſperitatis atqꝫ meũ velle de te mihi digneẽ poſſe cõcedere: teqꝫ in eodẽ agilem facere: ſic deſideriũ tuum iunctũ meo cõpleat in te. Nouerit dilectio tua fili mi q: petitionẽ tuã de aphoriſmis medicine ſcribẽdis ꝑpter nihil aliud ꝓlongaui: niſi q: verebar ne aliqñ faſtidires tui deſiderij meã longanimitatẽ velle tentare. ꝛ ꝯſiderãdo cognoſcere: iã nũc vo q̃tũ inde cognouerim ſufficere videat̃. Q: cũ maiores nr̃os peritiſſimos viros quẽqꝫ faſtidioſuꝫ noueris ſepe arguiſſe nõ egre tibi ferẽdũ eſt. Cete℞ ipſe preſens iſſe potes me ſemꝑ vtilitatẽ tuã q̃ſiuiſſe: ꝛ nũq̃ te deſſerẽdo plus aliuꝫ coluiſſe. De⁹ oĩpotẽs dirigat mẽtẽ tuã in bñplacito ſuo ad vtilitatẽ ſeruo℞ tuo℞. Ecce iã aphoriſmos quos me ſcribere

rogaſti tue dilectiōi mādo. Certe in medicina imenſa pfunditas eſt. Operari autem ſm libros abſq; pfecta rōne ⁊ ſolerti ingenio moleſtum eſt.

Ingeniū aūt nāle adiuuat artē ⁊ nām regētē ꝑriū aūt cōtrariū. Abundanter aūt libros peritoꝝ veterū relegere: ⁊ ſecreta eoꝝ diligēter diſcutere iuuat oēm ſapiētē ⁊c.

Vita breuis eſt ad cognoſcēdū vires oīum terre naſcētiū. Tu aūt ea que palā ſunt: ⁊ in qb⁹ oēs ꝯueniūt ⁊ maxīe que pbaſti tene. Que vō in dubio ſunt ⁊ in qb⁹ diſſētiūt omitte. Illud vō nō debet nos cōmouere qđ in ſapiētū dictis habet.

Quedā ſunt que nō videt nobis ad plenū rō atteſtari: ſed poti⁹ credulos hēre. Illud quippe quo medicamur ſubtilis ſubſtātia eſt: neq; eni hūana nā erroris periculū icurrere nō pōt: ꝓſertim in ſubtilibus.

Qui deditus oīno ſecularibus negocijs. al's. delitijs: negligit fundamētū medicīe philoſophie: ⁊ artiū doctrinā/ nō ei fides adhibēda eſt: ⁊ maxime in ea vbi Gal'. ⁊ Ariſt. cōcordāt: vbi diſcordāt difficile verum inuenit.

Aial ſm frigidū ⁊ hūidū nutrit: ſ; calidū ⁊ humidū viuit. Vt⁹ ſiue vtutes nāles vel ſpūales varia noīa habētes vna eadem que eſt. ſ. vtus. Sed ſm diuerſa in ſubiectis mēbris officia diuerſis vocabulis nuncupat. Complexio nālis ſm vicinitatē qdē eſt ſepabilis: actu tn̄ eſt iſeparabilis. Queadmodū tam vicia animi q̄ figure corporis ab auis ⁊ a parentibus cadit; ⁊ hereditatur: ita quoq; morbus diuturnus: ⁊ maxime ſi fuerit in principali mēbro.

Medicina que tēpamēto vicina eſt/ ⁊ eſt odorifera/ ſi cibus quoq; fieri poſſit/ optimū eſt. Colligatio corpis ⁊ aīe ſm ordinis nālis ꝯſonantiā facta eſt vt ſubſiſtat. Vn̄ cauēdū eſt ne des ei fortē medicinā que fortiter mutet eā: vt ea que eſt in tertia pte. Cōplexio corpis aīati/ ad figurā nerui ꝯſona eſt. Nō igit temerari⁹ ſis in medicina forti que eā diſſoluat: ⁊ aperiēdo corpus in aliam complexionē mutet.

Medicina ſtiptica ⁊ odorifera. ⁊ tēpamēto ꝓpinqua cuſtodit ⁊ ꝯfortat pricipalia mēbra: ⁊ vtuē nālē hmōi tibi ſit ſemp vtēdū vt ꝯfortes nām. Si enim nām cōfortaueris morbū medicādo iuuat curari. Si vō eam neglexeris: ⁊ neglectam deficere pmiſeris: nihil pdeſt.

Epar ⁊ ſtomacus ſunt poſita iter efficatia nāe vt nutriāt ſicut inſtrumēta; q̄ ſi accidenti aliquo amiſerint cōplexionē ⁊ mi-

nuũt curſuꝫ nãe. Calidi morbi plus frigidis ſunt mortiferi ꝓpter ignei mot⁹ velocitatẽ. Qñ corpi aliqd acciderit: nõ ei dãdũ eſt qđ noceat pncipalibus mẽbris qđ ſi feceris inde nociu⁹ eris: magnũ iuuare nõ videris. Vitiũ aĩ ſequit̃ cõplexionẽ corporis: cũ igit̃ corp⁹ patit̃: ⁊ maxime pncipalia mẽbra. medicinã maxime aĩe exhibere mĩme negligas. vñ vꝫ gaudeat vt odoratu viſu: auditu: qđ nõnulla medicine ps eſt.

Medicinarũ qdã ⁊ maxĩe que faciunt in ſummo capitis poſt cenã: ⁊ qñ itur dormitũ dãde ſunt / vt nã ad iferiora intẽta ab altiſſimis mẽbris attrahẽdo ſenſus alleuiet. Silr̃ ãt vbi morb⁹ iã pualuerit ⁊ maxĩe in pncipalib⁹ mẽbris. Nulli medicine mẽbrũ cõmittẽdũ eſt aliqđ niſi ei que ad cõplexionẽ ei⁹ aut ex pte aut ex toto ptineat ad ſilitudinẽ medicĩne nutriẽtis mẽbrũ que mediĩcina ſi nutribilis quoqꝫ fuerit vtilis eſt.

Medicina ɔ̃ria ad cõtrariũ depoñẽdum eſt: ⁊ nõ ſm cõplexionem eãdẽ. Infirmis defectis nulla medicina aut cibaria dãda ſunt niſi ea que facile poſſit nã pati: ⁊ ppue tẽperamẽtum in ɋ̃titate ⁊ qualitate ſit.

Medicamĩa pauca tibi tenẽda ſũt niſi quoꝝ iuuamẽto ſepi⁹ exptus ɔfidere poſſis: totius eni multitudis nõticia icõprehẽſibilis eſt. Ne cũ per ſingula volueris ingrẽdo diſcurrere multiplici diuerſitate ſenſuũ diſtract⁹ in nullo poteris fidẽ hẽre. Rerũ pprietas dubia eſt. Eã nãqꝫ multi olim expiẽtes arbitrati ſunt facere a pprietate qđ pleriqꝫ faciebãt natura.

Vñ vidẽdũ eſt in pprietatis purgatõe negligat nãm que notior eſt. Humores in hieme nã plus diſpgit ⁊ vere itus: eſtate aũt ⁊ autũno min⁹: tũc itaqꝫ opꝫ vt medicemur qñ potior ẽ. Frequẽtatio morbi in pncipali mẽbro diſſolutionẽ corpis ꝓnũciat hũores calefaciẽdo: ⁊ diſſoluẽdo: ⁊ nãꝫ ɔfortãdo ſalubrius purgãt ɋ̃ per katarticũ aut per vomitũ: quoꝝ neutrũ ſine detrĩmẽto ſit nãe. Si tñ eos calefaciẽdo diſſolutos ad pncipalia mẽbra defluere nõ ptimet: ꝗ ſi timet ad qđlibet aliud ingeniũ recurrẽdũ eſt. Cauẽdũ eſt ne ab egritudine ɔualeſcẽtib⁹ innatũ apa ad iteriora medicamẽto redire cogat̃ ppt̃ pncipaliũ mẽbroꝝ defectionẽ. Sed aliter diſſolutũ expellat qđ leuius fieri põt ɋ̃ tãtũ addi: nec qđ ſibi ſufficiat ad diſtributionẽ minuẽdoꝝ pncipaliũ mẽbrorũ. Habitãtes in qnto aut ſexto climate plus minuere ſanguinẽ expedit ɋ̃ in ſeptimo: aut in pmo: aut in ſecundo: aut in tertio.

Apoſtema in mẽbro pncipali ſine dolore nãm in regimẽ dimi

riſſe ſignificat: maxie ſi ex co.ru.aut ex ſanguie eſt qđ raru eſt. Corpa nãliter frida ⁊ hũida parũ in vẽtre recipiũt:min⁹ vo reddũt: vẽtres quoqʒ eoꝝ plurimũ liqdi ſunt:⁊ ĩfirmitas diuturna. Calidis eni ⁊ ſiccis ꝯriũ cõuenit.

Ab infirmitate ſurgẽtib⁹ cibaria ſibi nociua petẽtib⁹ nõ negãda ſunt ſed igeniãdũ in ꝗ̃litatẽ ſibi vtilẽ mutãdo.

Opʒ aũt te ĩfirmo ſalutẽ ꝑmittere ſemꝑ:nec vnq̃ illũ a ſpe deponere:⁊ ſi ipſe deſperes. Cõplexio eni corpis animi affectui ſemper inheret.

Ingeniũ nãle medici cũ ꝓuo artis fundamẽto adiuuat nãm: ſnaturale ꝯriũ. Medicorũ illitteratoꝝ ſimpliciũ:adoleſcẽtiũ: : luxui ſubiacẽtiũ vt pluim homicide.

Opʒ ẽt egrotũ de oĩbus. vñ egritudo naſci ſolet tã exteriorib⁹ q̃ iteriorib⁹ ingri:⁊ ſm potiorẽ ptẽ iudicare.

Glorioſoꝝ ſupbiã ⁊ adnaturale multiloquiũ ſi ſapias ꝯtẽnas nec te egrũ interrogare per oĩa pudeat. vrina enim vbi morb⁹ itra venas exiſtit fallax eſt.

Si interrogat⁹ ſemꝑ velociter reſpõdeas:dubitãdus es.

Circa ĩfirmũ ꝯſtitut⁹ ſui ſani qualitatẽ ⁊ ai affectionẽ ꝯuenit cogñoſcas. ea vo q̃ ille illũ nouerit amaſſe p̄ceteris aut cõcupiſcere ad memoriã reuocãdo laudare. Et ſi licitũ ſit ante oculos p̄ſentare:aut ſe mox facile habiturũ conſtãter ꝑmittere:⁊ ſic in eoꝝ ſpe illũ aĩare non deſinas.

Multũ iuuat paliticos ad eoꝝ latera nãlẽ calorẽ apponẽ:nõ tñ igneũ:ſed adoleſcẽtis puelle. Vna mediciarũ in iuuamẽto equaliũ:⁊ ſapore odorifero ⁊ leuior eligẽda.

Mutare ꝯſuetudinẽ nociuũ ⁊ peſſimum ẽ ⁊ maxime veterẽ

Quõ nulla ꝯueniẽtia ſit inẽ aquã ⁊ calorẽ nãlẽ. Ita nõ eſt purgãdũ niſi medicina q̃ nõ ſit lõge a tẽpamẽto. Timẽdũ eſt.n.ne horrẽs eã natura reijciat:⁊ nõ miſceať humorib⁹ nec corroborata nociuũ expellẽ poſſit. Opʒ ergo vt ad purgãdũ intercluſos humores in ſilitudinẽ ſibi ꝯuertať medicina:ꝑ ingenium vt natura eã recipiat apte ⁊ receptã p venas deportet:⁊ ſic cõfortata facile inimicũ ſuũ excludat. Nã ſi in qualitate fortior fuerit deficit nã. nam contrariať ei.

Ante purgationẽ vo p aliquos dies hũores cõmouendi ſunt ⁊ diſſoluẽdi cũ medicina cibali/⁊ cibo medicinali/⁊ ſic cũ p̄ſentis diei abſtinẽtia ſunt purgãdi.

Balnea non ſunt neceſſaria nobis ad refrigerandum calidum: aut calefaciendum frigidum. Sed vt diſſoluant ⁊ ſu-

dare faciant deſiccent: ⁊ humectent. Tyriaca magna neceſſaria eſt vt diſſoluat: ⁊ diſpergat ⁊ mundet. Sed pueris adoleſcentibus ⁊ ſenibus ⁊ defectis parum dandum eſt inde.
Morbi exteriores vere ⁊ eſtate magis ſunt curandi. Interiores vo per cõtrarium. Morbi ex penuria quãtitatis vel qualitatis non minus ꝙ de plenitudine nimia naſcunť. vñ medici multi in temeraria purgatione delinquẽt plerumqꝫ.
Medicina data ſi victa natura non eos quos querimus expulerit humores: remanet in corpe: ⁊ in humoꝝ mutata qualitate morbos inde intendit generare. Corpa frigida ⁊ humida oſſa: ⁊ neruos inualidos habent: vñ ſana egritudini ⁊ egra ſanitati habiliora ſunt. Apoſtema in pueris cum ſumma diligentia ⁊ cautela curandũ eſt. neqꝫ eni introrſum violenta medicina redigẽdũ ne natura in modũ valida ex humoris queꝫ hẽt adhuc a[illegible]atrice copia repſſa ſuccũbat. Morbido corpori nõ forte ꝯtrariũ vel eadem die poſt nimiũ aeris caľ dandũ eſt ⁊ in econtrario.
Acute egritudines plus in ſenibus ꝙ iuuenibus timẽde ſunt. citius enim in bonũ malũue firmanť. cibaria qppe que recipiunt mutat nã eoꝝ in ſilitudineꝫ frigiditatis. vñ celerius ad ſanitatem reuocanť. Timende vo ſunt: qꝛ defectꝰ caloris nãlis acumẽ egritudinis ſuſtinere nõ põt. Frigidi morbi in ſemoribus difficilius in iuniorıbꝰ facıliꝰ curanť. Balnea ⁊ temperata potio iuuat cauſam ⁊ ꝯtrarium cauſe.
In nimio exercitio poſitos ante cibum parũ qeſcere/ocioſos aũt parũ exerceri opꝫ. Labor ⁊ exercitiũ qdam dolor eſt. vñ in eo poſiti non dolent de pluribus morbis illaborioſi. etenim ſunt ad cõparationem illius laboris niſi cũ dolor morbi laborem exceſſerit. Iuuenibus ſpmatis emiſſio raro ex frigiditate accidit. Iuuenibus epilepſia ⁊ ſpaſmus in primo ⁊ ſecundo ⁊ tertio ⁊ quarto climate ex naturalis caloris inopia ⁊ temperamenti defectione eſt. vñ ſanitas eorum ex calore ⁊ temperamento conſtare debet: magis euenit raro ex nimia frigiditate ſub qualitate vel quantitate multiplici temperamẽti. Unde purgando preuidenda eſt medicina calidiſſima non ad vltimam ſubtilitatem perducenda.
Cũ qs vult caput purgare: aut cerebrum: aut inſtrumenta ſenſuum pillulis maioribus. i. groſſioribus: ⁊ poſt cenã eunti dormitũm datis faciendum eſt. Ad nimiam humiditatem in ſtomaco ſubtilem puluerem damus. Si cui principalia membra

defecta

defecta habenti⁊ aut debilitata Katarticũ neceſſarium fuerit cliſtere faciam⁹. Abundantia ſtomachi pillulis paruis ⁊ recẽtibus humidis ieiuno ſtomaco datis purgãda eſt ⁊ his qui biberunt de ambulando cõmouendum eſt.

Pillule veteres ⁊ deſiccate ꝑus ꝙ denĩ humectande ſunt per noctẽ in aqua calida. Oẽ Katarticũ neceſſario co.ru.cõmouet Qui.lx.annoꝝ aut plurium ſunt in medicina eoꝝ nõ eſt inſiſtẽdũ ꝙ co.ru.purget. Quia ipſa per ſe facit ⁊ humectatio corporis fundamẽtũ eſt. Principalia membra nãliter defecta habẽtib⁹ cauẽdũ eſt ne acutã medicinã ſed ad vicinitatẽ tẽperamẽti redactã accipiãt. Due ſpẽs ſi ſil' mixte bibite ſint neceſſario tanꝙ ſi ſepatim: vtraqꝫ lacertos ⁊ carnẽ generando ſuum naturalẽ reddit effectũ. Cõualeſcẽtes ſm infirmitatẽ ſuã: debent qdẽ tractari: nõ tñ ex toto ꝑmittanſ haberi ꝓut ante cõſueuerũt ſani. Opꝫ medicinã fieri ad ſilitudinẽ operãtis nature: ⁊ ſi dura aut tarda fuerit: ⁊ nõ ſm qd videaſ iuuamentum abſqꝫ ratione. Abſqꝫ rõne qdem fallax eſt. Eger diu fideli medicorũ cõmittẽdus eſt: cui⁹ error a recti diſtãtia rarus eſt. Qs ſi plurimos ↄſulit in ſinguloꝝ errorẽ plerũqꝫ cadit. Apoſtema in ſedibus nõ retrorſum medicamine cogaſ. Videndum eſt eni ne nã deficiat ad diſpgẽdum illud. ⁊ qd expulſione totas vires ↄſumpſerit; extrahẽdũ qppe eſt. Sed nõ cũ forti medicina ne nã cũ eo exiens corpus exinaniat. Mediocriter igiſ eſt extrahẽdũ: eſt nempe qd deperdiſ in ſenib⁹ multum ad differentiã illi⁹ qd reſtauraſ. Silr ⁊ in pueris. vis nanqꝫ medicine fortior eſt natura eorum.

Infirm⁹ ad ſolitũ ſtatũ ex quo in egritudine ceciderit tãtũ reuocãdus eſt: nõ aũt ad tempamẽtũ in oi ſubſtãtia.

Cuius qualitatem cõplexionis nõ nouimus ſani eius infirmitatẽ an grauis ſit: nec ne non bñ ppendimus infirmi: vnde medicina incerta queqꝫ ſubſequitur. reddere enim ſanum ad cõplexionem temperamenti morbus eſt ad ſui ſani qualitatis opationem. Nam v̾tus eſt cauſa motionis.

Vñ in purgãdo corpore ſi forte ſit ipſum commouẽdũ eſt forti medicina ⁊ illi manifeſta.

Singulis infirmitatibus ꝓpria fieri medicamina ad ingeniũ: ⁊ ad arbitriũ medici ꝑfectioni ꝓpinquũ eſt.

Nulla res ſub lunari globo vel circulo poſita quocũqꝫ gradu muteſ circulus vltra reuocabiſ: in eternum ad illum qualitatis vel ꝗtitatis in quo fuerit in ipſo circuli motu.

Nulla medicina leuis eſt in contemplatione ꝛ operatione:eſt enim que leuis videt̃ grauem:que autem grauis leuem:ſi atten tius eam inſpexeris comphendens. Nõ igit̃ leuiter vel abſqꝫ rationis conſideratione determinandum eſt. Credere experi mento ſine ratione fallax eſt.

Nulla egritudo eſt que non habeat opus interrogari ĩfirmũ.

Omni fe.calor extra nãm eſt. Sed inter fortem ꝛ leuẽ differt ſm ſuã nãm:quapropter ei que ex co.ru.eſt fortiter:que võ ex co.nigra lente reſiſtamus opꝫ. Quãcunqꝫ mẽbrũ ſuſcepit de trimẽtũ aliqḋ ſeu nãli morbo ſeu quouis exteriori accidenti nõ vlteriꝰ priori ſtatui pfecte reddi põt.

Morbum diuturnum:ꝛ defectionem membrorũ hereditat quidem filius:ſed differenter aut minorem ſi alter pater pa rentum fuerit ſanus.

Nulli ẽt credendũ eſt ſtudioſo medico niſi etatis ꝛ pbato.

In morbo diuturno cuiꝰ vrina vrine ſani ſimilis fuerit.ꝛ in vna eadẽqꝫ q̃litate pmanſerit nõ euadet egritudinẽ.

Medicus mediocris qualitatis eſt:ꝛ ne nimis mundum ad miret̃:neqꝫ ex toto aſpernet̃ opꝫ.

In tẽpore veris ſi ex multa humectatione fiat mutatio aeriſ. eſtate naſcunt̃ variole apoſtemata freneſis ꝛ febres:nec ſolu tione purgatiua curant̃.

Mulier in dextera pte cõcipiẽs raro feminam pariet.

Katartico dato pgnanti:deficiunt principalia membra nati oĩ bus diebus vite ſue.

Quõ naſcunt̃ morbi ex humorum q̃titate vel qualitatis abũ dantia. Siĺr eſt ex defectione:ppterea võ medicum purgãdo ꝛ exinaniẽdo errare contingit.

Olfatus ꝛ maxime ſi ſaliat fumus in caput celerius q̃ bibit̃ ce rebrum iuuat.

Ex mutatione ſtellarum in longitudinem ꝛ latitudinem vitia ꝛ conſuetudines mutatur.

Ex diuerſitate ſpaciorũ regionũ:variant̃ quoqꝫ cõplexiones ꝛ vitia:nãe etiã:ꝛ cibaria atqꝫ medicĩe:adeo vt ea que fiũt in. ij.aſcẽdant in.iiij.ꝛ econuerſo:velut herba hortulana:ꝛ agre ſtia ſeu ſaluatica ꝛ domeſtica differunt.

Emplaſtra atqꝫ vnguẽta ſm vicinitatẽ qualitatis cõplexionis in ſiĺitudinẽ illius mẽbri cui apponunt̃.

Co.ru.in iuuenibꝰ forti medicina purgare noli. Eorꝫ nãqꝫ q̃ti tas pua : ꝛ eq̃litas defecta.neqꝫ eni corpi coherẽtia ſunt.

Si poterit medicus medicari cum dieta abſq; potiōe proſpera euenient. Si quis per multum tempus neq; vomitum neq; ſolutionem habuit: ⁊ eueniat illi ſubito impetu vidēdū eſt ne reſtringere feſtines.
Fumus in corpore aliud eſt q̄ ventoſitas: ⁊ pauci nouerunt diſcernere.
Vrina ſanitatē ſignificās in omni homine non eſt equalis: nec in q̄titate nec in qualitate: nec in liquore.
Cuius vrinā nō ꝑnoueris ſani: in eiꝰ medicina nō appropriabis virtutem egroti.
In conualeſcētibus apoſtema ſic medicare vt nō egrediat̄ intus ſed foras nō fortiter qdē: ſed leniter extrahat̄. Sil'r quoq; in pueris: ſed in ſenibus.
Si demētia ex frigiditate ⁊ ſiccitate ꝓcedens ad cerebrum incutiēs ſit. fumum odoriferum ca. ⁊ hu. tā intus q̄ foras ei adhibemus: ⁊ ad excitādum calorē. ad iras quoq; interdum patientem prouocamus.
Cōpoſitio cōplexionis ſanitatē ſignificās in omni hoīe nō eſt equalis: nec in q̄titate: nec in qualitate.
Quibꝰ in iuuētute quater in anno tātū flebotomari ꝯſuetudo fuerit huius. xl. annorū erūt ad ter in. l. aut. lx. ſemel ꝯferēdū eſt. Vlterius v̄o ex toto dimittēdum eſt.
Senes a. xl. anno cephalicā venam a. l. medianam poſt. lx. baſilicam incidere deſinant.
Qui in iuuētute ꝯſtituti multum: ⁊ frequēter ſanguine minuti fuerint poſt annos. lx. calor eoꝝ in frigidū ⁊ ſiccum conuertet̄: maxime ſi fuerit frigide nature.
Cuſtodia v̄tutis ꝑncipalia mēbra confortat: ⁊ a mēbris tuet̄.
Principalia v̄o mēbra ꝯfortata v̄tutes quoq; vices reddēdo ꝯfortāt: ⁊ a morbis defendunt.
Nati a iuuenibus ꝑtiatibus ꝑncipalia mēbra fortiora ⁊ ſana naturaliter habēt ⁊ econuerſo.
Sicut ignis ad ea que ſunt ca. ⁊. hu. ſemꝑ intēdit: ita ⁊ morbꝰ ad huiuſmodi complexionē.
Qui aromatū abhorrēt odorē: nec ſaporitam ſentiūt dietā: vicium eſt corrupte complexionis illorum.
In omni regione qbuſcunq; ex vētis nubes ꝓcreari vidētur ex illis habitantium capita fumo replētur ⁊ ſic corrize naſcūtur: ⁊ ſenſus aggrauant̄.
In quacunq; ꝓuincia quocunq; anno muſcule ſuperabunda

uerunt: putredines quoq3 morborum ſupabundabunt in corporibus habitorum.

Jeiunare in eſtate corpus deſiccat: colorē citrinat: melancoliā pcreat: necnō viſum ad defectū pturbat.

Sanguinē mox vt exierit in aerē cōgelare: terre abūdātiā deſignat ⁊ q̄to magis ꝯtrariat̄ tāto magis ꝯtrariū ꝯtingit.

Omnis puincia que longius eſt a mari remota nō in meridiē ptenſa: habitantium cor. ſunt ſicciora.

Non eſt eadē nā tēporis in oī regione qñ ſol eſt in q̄drangulo circulo qppe extat hic eſtas. ⁊ hyems alibi: ver quoq3 in alio loco: ⁊ autūnus in alio: ad quar diuerſitatū ſimilitudinē differūt: ⁊ cōplexiones: ⁊ vitia: ꝯſuetudines habitatorū. qñ enim ver eſt in egypto ⁊ eſtas: in india vo ⁊ habitantes: ſub equali die ſunt due hyemes ⁊ due eſtates: ⁊ duo vera: ⁊ duo autūni in anno ſunt. vñ illis fructus abundantes procreant arbores memoria eſt ſubtilis: ⁊ alia huiuſmodi multa.

Deficiēte virtute deficiunt pncipalia membra ⁊ morbis afficiunt: neq3 illam defendere poſſunt.

Vbi plurimi concordant: ⁊ rō atteſtat̄: ⁊ expimētū cōprobat illud ante oculos pone: ꝯrio vo ꝯtrarium.

Medicinarum q̄dam ⁊ maxime que faciunt in ſummo capitis poſt cenam: ⁊ quando itur dormitum dande ſunt: vt natura ſic intenta circa interiora ab altiſſimis mēbris attrahendo ſenſus alleuiet. ⁊ ſic vbi morbus pualuerit hoc eſt obſeruādū maxime in pncipalibus membris.

In nullum medicine aliqd cōmittendum eſt morbum que ad complexionem eius aut ex toto: aut ex parte non ptineat: vel ad ſimilitudinem cibi membra nutrientis que medicina ſi ſic fuerit nutribilis quoq3 vtilis eſt.

Accipe nunc fili cariſſime poſtulatos a te aphoriſmos quibus ſemper fidus permanens ſm eorum auctoritatem operare confidenter. Ad quos prout potui ſudans ob tuam diſcretionem ſollicite laboraui.

Nam te diligētem ſapientiam noui pre oīa.

Preterea valde ceptū opꝰ nō negligere hortor p qd me nimis letificaſti. Et qr librū Galieni glorioſſimi tranſtuliſti: cuius titulū ei placuit vocari metategni: qui liber eſt vbi maxima eſt ꝓprietas medicorum. Nunc autem deo gratias ago: qr te huiuſmodi pmum tranſlatorem inueni.

Expliciūt Aphoriſmi Joannes damaſceni.

Floſculi medicinales extracti ex libro Cornelij Celſi medicorum omnium ornatiſſimi: ex primo libro.

Vt alimēta ſanis corporibus agricultura: ſic ſanitate egris medicina promittit.

Morbi non eloquentia ſed remedijs curantur.

Cuius rei non eſt certa cognitio: eius opio certum remedium habere non poteſt. Verum eſt ꝙ ipſam curandi rationem nihil plus confert ꝙ̄ experientia.

Intereſt enim an fatigatio morbum: an ſitis an frigus an calor: an vigilia: an fames fecerit: an cibi viniqꝫ abundantia: an intēperantia libidinis.

Neqꝫ ignorare medicum oportet que ſit egri natura humidum magis: an magis ſiccum corpus eius ſit: validi nerui an infirmi: frequens valitudo: an rara: eaqꝫ quum eſt vehemēs eſſe ſoleat: an leuis breuis: an longa.

Quam par ſcientia ſit: tamen vtiliorem medicum eſſe ſcias amicum: ꝙ̄ extraneum.

Ignauia quidem corpus hebetat: labor autem firmat: illa maturam ſeneſcentem: hic longam adoleſcentiam facit.

Bis in die potius: ꝙ̄ ſemel cibum capiet homo poteſt.

Concubitus neqꝫ nimis concupiſcendus: neqꝫ nimis pertimeſcendus eſt: rarus excitat corpus: frequens ſoluit: ſcire licet eum non inutilem eſſe quem corporis neqꝫ langor: neqꝫ dolor ſequitur idem interdiu peior eſt: noctu tutior: ita tamen ſi neqꝫ eum cibus neqꝫ hunc cum vigilia labor ſequitur.

Imbecillis ſtomacho: quo in numero magna pars vrbanorum eſt: omneſqꝫ pene litterarum cupidi: obſeruatio maior eſt neceſſaria: vt quod vel corporis: vel ſtudij: vel loci ratio detrahit: cura reſtituat.

Ex hominibus qui nocte bene concoxit mane tuto ſurget: qui parum: quieſcere debet: qui non concoxit ex toto quieſcere dꝫ: ac neqꝫ labori: neqꝫ exercitatiōi: neqꝫ negocio ſe credere.

Si lucubrandum eſt: non poſt cibum id facere: ſed poſt concoctionem facere oportet.

Quem interdiu vel domeſtica: vel ciuilia officia tenuerunt huic tēpus aliquod ſeruandū eſt curationi corporis ſui. prima corporis curatio eſt exercitatio. que ſemper antecedere debet cibum: exercitationis autem plerūqꝫ debet finis eſſe ſu

dor:aut certe laſſitudo:que citra laſſitudinem ſit.
Nunq̃ vtilis eſt nimia ſacietas. Sepe inutilis nimia abſtinentia. Sepe ſi qua intemperantia eſt durior in potione: quam in eſca eſt.
Secunda menſa bono ſtomacho nihil nocet: in imbecillo acceſſit.
Poſt ſacietatem nihil eſt agendum.
Vbi quis eſt expletus facilius concoquit ſi quicquid aſſūpſit potione aque frigide includit: tum pauliſper inuigilat: deinde bene dormit.
Neq̃ ex ſalubri loco in grauem: neq̃ ex graui in ſalubrem tranſitus ſatis tutus eſt: ex ſalubri in grauem prima hyeme: ex graui in eum qui ſalubris eſt prima eſtate tranſire melius eſt.
Neq̃ vero ex multa fame nimia ſacietas: neq̃ ex nimia ſacietate fames idonea eſt.
Periclitatur et qui ſemel: et qui bis die cibum inconuenienter aſſumit contra conſuetudinem.
Neq̃ ex nimio labore ſubitum ocium: neq̃ ex nimio ocio ſubitus labor ſine graui noxa eſt: ergo cum quis mutare conſuetudinem volet paulatim debebit aſſueſcere.
Omnibus fatigatis aptum eſt cibum ſummere: eoq̃ humido vti aqua: vel certa diluta potione eſſe contentos.
Illud quoq̃ noſſe oportet: q̄ ex labore ſudanti frigida potio perniciosiſſima eſt: atq̃ etiam cum ſudor ſe remiſerit itinere fatigatis inutilis.
Quod eſt contra conſuetudinem nocet.
Qui vomere bis in menſe vult: melius conſulet ſi biduo euomuerit: q̄ ſi poſt quintumdecimum diem vomuerit.
Purgationes vt interdum neceſſarie ſunt: ſic vbi frequentes ſunt periculum afferunt: aſſueſcit enim nonali corpus: et ob hoc infirmum erit.
Vinum dilutius pueris: ſenibus meratius conuenit.
In autumno propter celi varietatem periculum eſt maximū.
Hyeme venus non pernicioſa: Vere tutiſſima: eſtate et autūno non vtilis: tollerabilior tamen per autūnum: eſtate in totum ſi fieri poteſt abſtinendum.

¶ Ex ſecundo libro.

S Aluberrimum ver eſt: deinde ab hoc hyems/ periculoſior eſtas. Autumnus longe periculoſiſſimus.

Ex tempeſtatibus peſſime ſunt que variant maxime: quo fit vt autumnus plurimos opprimat: nam fere meridianis temporibus calor: nocturnis: atq3 matutinis: ſimul etiam veſpertinis frigus eſt: corpus ergo eſtate: & ſubinde meridianis caloribus relaxatum ſubito frigore excipitur: ſed vt eo tempore id maxime fit: ſic quandocunq3 euenit noxium eſt.

Saluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluuij: quaz tantum nebuloſi.

Nam fere ventus vbiq3 a mediteraneis regionibus veniẽs ſalubris/ a mari grauis eſt: neq3 ſolum in bono tempeſtatũ habitu certior valitudo eſt: ſed priores morbi quoq3: ſi qui inciderunt: leuiores ſunt: & promptius finiuntur: peſſimum ergo celum eſt quod egrum fecit adeo vt in id quoq3 genus quod natura peius eſt: in hoc ſtatu ſalubris mutatio ſit.

Longis morbis ſenectus: acutis adoleſcẽtia magis patet.

Longa ſtatura vt in iuuenta decora eſt: ſic matura ſenectute conficitur.

Gracile corpus infirmũ: obeſũ3 hebes eſt.

Si plenior aliquis & ſpecioſior & coloratior factus eſt bona ſua ſuſpecta habere deb3: que quia in eodem habitu ſubſiſtere: neq3 vltra progredi poſſunt/ fere retro quaſi ruina quadaz reuoluuntur: peius tamẽ ſignũ3 eſt vbi quis contra conſuetudinem emacuit & colorẽ decoremq3 amiſit: quoniaz in his q̃ ſuperant eſt quod morbus demat. in his que deſũt nõ ẽ quod ipſum morbu3 ferat.

Facile ſecurus eſt aliquis in his: que ſepe ſine periculo euaſit Ille ſollicitari deb3 cui hec noua ſunt: aut qui iſta ſine cuſtodia ſui tuta habuit.

Neq3 terrere deb3 ea fe. que eodem die finita eſt: ac nec ea quidem que q̃uis longiore tempore euanuit: tamen ante alteraz acceſſionem quieuit.

Peſſimum eſt ſi ſomnus neq3 noctu: neq3 interdiu accedit: id enim ſine cõtinuo dolore eẽ non poteſt: eque vo ſignum malum eſt: ſõno vltra debitũ vrgeri/ peiuſq3 quo magis ſe ſopo

interdiu:noctuq; continuat.

Mali etiam morbi teſtimonium eſt vehementer ⁊ crebro ſpirare.

Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt:ſed nullum pene morbum eſſe in quo non mittatur nouum eſt. Intereſt nō que etas ſit eius a quo ſanguis mittendus:neq; quid in corpore intus geratur:ſed que vires ſint.ergo ſi iuuenis imbecillus eſt:aut ſi mulier que grauida non eſt: parum valet : male ſanguis emittitur : emoritur enim vis ſi que ſupererat hoc modo erepta eſt.At firmus puer ⁊ robuſtus ſenex ⁊ grauida mulier valens tuto curantur.

Tenuioribus magis ſanguis:plenioribus magis caro abundat:facilius itaq; illi detractionem ſanguinis ſuſtinent: celeriuſq; ea ſi nimium eſt pinguis affligitur.

Satius eſt anceps experiri auxiliumq; nullum.

Si morbi ratio patitur:ſanguinis detractioni tempus aptiſſimum eſt dies aduerſe valitudinis ſecūdus aut tertius:ſed aliquando ⁊ primo die ſanguinez mittere eſt neceſſe.ſi vehemēs febris vrget in ipſo impetu eius ſanguinem mittere hominē iugulare eſt:ergo remiſſio expectāda:⁊ ſanguinis detractio fere diuidenda in biduum.

Satius enim eſt primo leuare egrū:deinde ꝓpurgare:q̄ ſimul omni vi effuſa fortaſſe precipitare.

Cum ex vena inciſa ſanguis erumpit colorem eius:habitumque oportet attendere:nam ſi is craſſus : ⁊ niger eſt vicioſus extat:ideoque vtiliter effunditur: ſi rubet integer eſt: eaque miſſio alto non prodeſt: vt etiam non noceat:protinuſque is ſupprimendus eſt. In acutis quibuſdam cucurbitula ſanguinem extrahimus cum ex vena vires non patiuntur:idq; auxilium vt minus vehemens:ita magis tutum:neq; vnq̄ periculoſum eſt:etiam ſi in medio febris impetu:etiam ſi in cruditate adhibeatur:ideoq; vbi ſanguinez mitti opus eſt inciſa vena preceps periculū eſt huc potius confugendum cum eo tamen vt ſciamus vt hic nullum periculum:ita lene pſidiū eſſe neq; poſſe vehementi malo: niſi eque vehemens auxilium ſuccurrere.

Initia morborū primū famē:ſitimq; deſiderant:neq; vlla res magis adiuuat laborantem:q̄ tempeſtiua abſtinentia.

Plus alimenti eſt in carne q̄ in vllo alio cibo.

Braſſica ſubcruda aluum mouet:biſcocta ſtringit.

Ex tertio libro.

n Atura repugnante nihil medicina proficit.

Magis ignoſcendum medico parū proficienti in acutis morbis q̄ in longis: hic enim breue ſpacium eſt intra quod ſi quod auxilium nō profuit eger extinguitur: ibi ⁊ deliberationi: ⁊ remediorum mutatiōi tēpus patet: adeo vt raro ſi inter initia medicus acceſſit obſequens eger ſine illius vitio pereat: longus tamen morbus cū penitus inſedit quod ad difficultatē ptinet acuto par eſt: ⁊ acutus quo vetuſtior: lōgus autē quo recentior facilius curatur.

Ignorari non oportet q̄ non omnibus egris eadem auxilia conueniunt.

In acutis morbis ſerius eger alendus ē/neq̄ niſi iam īclinatis vt primo dempta materia impetū frangat: in lōgis maturius vt ſuſtinere ſpacium mali affecturi poſſit.

Multum intereſt ab initio quis recte curatus ſit: an pperam.

Sola abſtinentia ſine vllo periculo medetur.

Aſclepiades ait officium eſſe medici vt tuto: vt celeriter vt iocunde curet.

Id votum eſt: ſ3 fere periculoſa eē nimium ⁊ feſtinatio ⁊ voluptas ſolet.

Medicamentorum potiones: ⁊ aluum duci non niſi raro debere concedi.

Ex egri imbecillitate ſummū periculum eſt.

Infirmus neq̄ nimium petet: neq̄ nimium ſiti crucietur.

Optimum medicamentum eſt opportune cibus datus.

Vbiq̄ ſeruandum vt egri vires medicus inſpiciat.

Ab vno medico plures curari non poſſunt.

Scire oportet optimum cibo tempus eē febre finita.

Semper egros ſecuros agere conuenit/vt corpore tantum nō etiam animo laborent.

Periti medici eſt non protinus vt venit apprehendere manu egri brachium: ſed primum reſidere hilari vultu: percontariq̄ quemadmodum ſe habeat: ⁊ ſi quis eius metus eſt eum probabili ſermone lenire: tum deinde eius corpori manum admonere.

Medicus neq̄ in tenebris neq̄ a capite egri reſidere debet ⁊

ſed in loco illuſtri aduerſus eũ vt oẽs notas ex vultu pſpiciat
Cum in ſũmo incremẽto morbus eſt: vtiq̃ȝ non ante diẽ quin-
tam magna ſiti antecedẽte frigida aqua copioſe preſtanda eſt:
vt bibat etiam vltra ſacietatem: ⁊ cum iaȝ venter: ⁊ precordia
vltra moduȝ repleta: ſatiſq̃ȝ refigerata ſunt vomere debȝ: qui
dem ne vomitum quidẽ exigunt: ſed ipſa aqua frigida tantũ
ad ſacietatẽ data pro medicamento vtuntur vbi vtrũlibet fa
ctum eſt multa veſte cooperiẽdus eſt: ⁊ collocãdus vt dormi
at: fereq̃ȝ poſt longaȝ ſitiȝ ⁊ vigiliaȝ: poſt multã ſacietatẽ: poſt
infractum calorẽ plenus ſomnus venit: per quẽ ingẽs ſudor
effũdit: idq̃ȝ pſtãtiſſimuȝ auxiliũ eſt: ſed in his tamẽ in quibus
preter ardorẽ nulli dolores: nullus pcordiorum tumor: ni-
hil phibẽs vel in thorace: vel in pulmone: vel in faucibus: nõ
vlcus: non deiectio: non alui profluuiũ fuit.

Sepe pertinacia iuuantis: corporis malum vincit.

Quarta fe. neminẽ iugulat. Det⁹ q̃rtana raro niſi vere ſoluit.

Facilius in ſeruis: q̃ in liberis tollitur hydropiſis: quia cum
deſideret famẽ: ſitim: mille alia tedia. longamq̃ȝ paciẽtiaȝ p̃ro
ptius his ſuccurritur qui facile coguntur: q̃ quibus inutilis
libertas eſt: ſed ne hi quidem qui ſub alio ſunt: ſi ex toto ſibi
tẽperare non poſſunt ad ſalutem pducuntur.

Et iõ nõ ignobilis medic⁹ criſippi diſcipulus apud antigonũ
regẽ: amicum quẽdam note intẽpantie mediocriter hydropi
co morbo implicitum negauit poſſe ſanari. Cum alter medi-
cus epirotes philippus ſe ſanaturuȝ polliceretur: reſpondit
illum ad morbũ reſpicere: ſe ad egri animuȝ: neq̃ȝ enim res fe
fellit: ille. n. cũ ſũma diligẽtia non medici tantũmodo: ſed etiã
regis cuſtodiretur: tamẽ malignitat⁊ ſua deuorãdo: bibẽdoq̃ȝ
ſuam vrinam ſe precipitauit.

Ex quarto libro.

Vno die fluere aluũ ſepe pro valitudine eſt: atq̃ȝ ẽt pluribus: dũ fe. abſit: ⁊ itra ſeptimũ diẽ id cõquieſcat: purgat̃. n. corpus: ⁊ qđ intus leſuꝫ erat vtiliter effundit̃. Deꝫ ſpaciũ piculoſuȝ ẽ. iter dum. n. tormina: ac febriculas excitat: vireſq̃ȝ cõſumit. interdũ euenit vt fluxus diu neglectus curari difficilius ſit.

Medicamẽtis vti niſi in vehemẽtibus malis ſupuacuũ eſt.

Ex quinto libro.

Quibus articuloꝛum doloꝛ certis tēpoꝛibus reuertitur: hos ante: ⁊ curioſo victu cauere opoꝛtet: ne inutilis mā coꝛpoꝛi ſuperſit: ⁊ crebꝛiore vomitu.

Cum omnia fere medicamēta ſtomachū ledāt: non ſine cauſa aſclepiades ad ipſius victus rōnem potius omnē curam tranſtulit. Uerum vt illud in pleriſq; moꝛbis utiliꝰ eſt: ſic multa admodum coꝛpoꝛibus noſtris incidere conſueuerunt que ſine medicamētis ad ſanitatē ꝑuenire nō pn̄t.

Uti ſomniferis niſi nimia neceſſitas vrget alienum eſt: ſunt. n. ex vehemētibus medicamētis ⁊ ſtomacho alienis.

Eſt enim pꝛudētis hominis ꝑmum eum qui ſeruari non pōt non attingere. nec ſubire ſpeciem eius vt occiſi: quem ſoꝛs ipſius peremit. deinde vbi grauis metus eſt ſine certa tn̄ deſpatiōe idicare neceſſarijs piclitātis in difficili rem eſſe. vt ſi victa ars malo fuerit: vel ignoꝛaſſe: vel fefelliſſe ſe videat̄. Sed vt hec pꝛudēti viro conuenitnt: ſic rurſus hiſtrionis eſt paruā rem attollere quo plus ꝑſtitiſſe uideatur.

Dubia ſpes certa deſperatione eſt potioꝛ.

Expliciunt floſcula Coꝛnelij.

Incipit iuſiurãdū hypocratis.

Teſtor apolinem ⁊ eſculapium virgineq; ⁊ pannaciem eſculapij filias: ⁊ deos ⁊ deas omnes: me ꝙ in me erit ⁊ ꝙ ingenium meũ valebit: hec omnia obſeruaturū: que hoc iureiurãdo atq; his tabulis continent: tributurũ me ꝓceptori meo a quo hanc artẽ ſum edoct⁹ nõ minus ꝙ parẽti a quo ſum genitus: vitam cum eo communicaturum: res omnes: quas illi neceſſarias eſſe intelligã pro viribus meis subminiſtraturum. progeniem eius fratrū loco habiturum: hãc artem ſine mercede ⁊ ſine pactionibus edoctuꝝ ꝓcepta omnia libenter ⁊ fideliter tradıturum meis ⁊ ꝓceptoris mei liberis: ceteriſq; diſcipulis: qui ſe legib⁹ medicine aſtrixerint: atq; iurati fuerint: alij ꝓterea nemini. In curãdis egrotis pro viribus: ⁊ pro ingenio meo neceſſarijs rebus vſurū: nemini egritudinem dilataturum nihil per iniuriam factuꝝ: rogatum nemini daturum. neq; id cuiq; conſulturum: neq; ꝓgnanti mulieri ad interficiẽdum conceptum fetum potionem porrecturum vitam meam atq; artem meam puram atq; integram ſeruaturum: laboranti lapilo haud quenq; exciſurum: ſed expertis eius artis hoc negocium ꝓmiſſurum: quẽcunq; domum ingreſſus fuero dum taxat liberandis egrotis operam daturum: omnem iniuriam omnem corruptelã omne genus turpitudinis. res etiam venereas ſponte mea euitaturum: ſiue muliebria corpora curauero ſiue virilia ſiue hominis liberi ſiue ſerui: que inter curandum vel videro vel audiero vel etiam extra curã in vita hominum cognouero que reticenda eſſe intelligam nemini apperturum: ſed intemeratam taciturnitatem ſeruaturum. Preſens igit̃ iuſiurandum integre atq; corrupte ſeruãti mihi omnia tã in vita ꝙ in arte mea ꝓſpera feliciaq; ſuccedant ⁊ gloria in eternũ ꝑata ſit trãſgrediẽti vo atq; periuro ꝯtraria omnia eueniãt.

Iuſiurandũ dñi hypocratis finis Deo grãs.

Impreſſum venetijs per Ioannem ⁊ Gregoriũ de gregorijs fratres Anno Dñi. M.D.ij. Die.xxi. Iunij.

30

Quod natura negat nemo feliciter audz

Mag die Lune magist

40 –

Andreas fine incem

lupinaria wolffkraut gesotten in wein und auf geschwollen glider gelegt vertreibt die giftgebüsse, Stadler doctor

laspis lazzuli al(?) nom /